



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**S. Augustinus, Episcopus in Africa Hipponensis, Veritatis
Evangelico-Catholicæ In Potioribus Fidei Controversiis
Testis Et Confessor, Contra Bellarminum Et Alios
Scriptores Papæos, antiquos pariter & ...**

Reiser, Anton

Francofvrti, 1678

De Indulgentiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72506)

tanquam à Bellarmini mente alieni quid continens, repudiare est ausus, de aliquo etiam responso sollicitus, videlicet, *Augustinum ob Crucis Sacrificium non existimasse, Satisfactiones excludi*, quod per illa quatuor testimonia patere existimat, quæ tamen ad illam Satisfactionem, de qua in præsentia agitur, impertinenter referri, in proximo Examine est ostensum, ut adeo nihil super jam sit, quam ut præscriptum à Bellarmino lemma de Satisfactionis pro Pœna etiam temporali Deo præstandæ vi & efficacia omninò deleatur, atque Virtus Satisfactionis & Satispassionis plenariæ à Christo per impletionem Legis & Mortem Crucis præstitæ sine omni additione humana in integrum restitatur, hominesque Pœnitentiam agentes ac Deo reconciliari desiderantes per Fidem salvificam ad Christum, Mediatorem unicum reducantur.

LIBRI PRIMI
DE
INDULGENTIIS,
CAPUT TERTIUM,

de Quæstione,

*An sit in Ecclesiâ potestas applicandi Theaurum Satisfactionum,
ac per hoc Indulgentias concedendi?*

DE Indulgentiis agit Bellarminus peculiari Tractatu, qui in prioribus Controversiarum Tomis non adparet, sed in ultimis demùm Editionibus inter alias adpendices legitur insertus. Quia verò hoc argumentum quam proximè videtur cum antecedenti connexum, ideò paucis de eo hic agi debere consultum fuit visum, ut postquam de Satisfactionibus & Satispassionibus humanis, earumque omnimodâ nullitate coram Deo ex Augustini autoritate est actum, de valore Satisfactionum quoque videamus, quid ex augustissimi Doctoris Sententiâ sit statuendum. Sed paucis, ut dixi, quia non solum Bellarminus ipse cum *Chemnitio* debuit agnoscere, *Durandum*, *Antoninum*, *Roffensem* negasse, Indulgentias tempore *Hieronymi & Augustini*, aliorumque Veterum, qui primis quingentis Annis floruerunt, fuisse cognitâs; sed *Gerhardus* noster in *Confessione*, quam non sine causa dixit Catholicam, idem expressis aliorum, nominatim *Majoris & Dominici à Soto* testimoniis dedit comprobatum, ut adeò hæc tractatione omninò liceret supertere, nisi aliqua incidenter ex Augustino occurrerent, quibus per indirectum quasi Sanctum Patrem ad suas trahere partes studuit Bellarminus, breviter, ne quid intactum maneat, ponderanda. Primum verò occupat locum explicatio Oraculi, quâ potestatem applicationis Satisfactionum Christi & Sanctorum ex Augustino demonstrare tentavit Bellarminus. Verba Pauli post alia duo testimonia hæc sunt: *Gau- Coloss. 1.*
deo in Passionibus pro vobis, & adimpleo, quæ desunt passionum Christi, carne meâ pro corpore Ejus, quod est Ecclesiâ. Præmissis à Bellarmino pluribus, quæ ad cæterorum quoque ex Apostolo testimoniorum eo sine laudatorum explicationem pro Instituti ratione videbantur inservire, hæc subiunguntur: *Augustinus certe satis aperte ex hoc Apostoli loco col- in Psal. 61.*
ligit, conferri in commune Reipublicæ Christianæ bonum Passiones Sanctorum, quæ Passionibus Christi sunt hæcenus adjunctæ, & usque ad Mundi finem adjungentur. Quia Bellarminus verba Sancti Patris non est ausus exprimere, en, ea textu plenissimo: *Vnus homo cum ca-
pite & corpore suo est Iesus Christus, Salvator corporis & membrorum corporis, duo in carne
unâ, & in voce unâ, & in Passione unâ, & cum transierit iniquitas, in requie unâ.* Passiones itaque Christi non in solo Christo, imò, Passiones Christi non nisi in Christo. Si enim
Christum intelligas caput & corpus, passiones Christi non nisi in Christo; Si autem
Christum intelligas solum caput, passiones Christi non nisi in solo Christo. Si enim (re-
ctius, verò) passiones Christi in solo Christo, imò in solo capite; undè dicit quoddam
Ejus membram, Paulus Apostolus, *ut suppleam, quæ desunt pressurarum Christi, in car-
ne meâ?* Si ergò in membris Christi es, quicumque homo, quisquis hæc audis, quisquis
hæc non audis, sed tamen audis, si in membris Christi es; quidquid pateris ab eis, qui
non sunt in membris Christi, deerat passionibus Christi. Ideò additur, *quia deerat,
mensuram implens, non superfundens.* Tantum ergò pateris, quantum ex passioni-
bus suis (*legendum, tuis*) inferendum erat universæ passioni Christi, qui passus est in ca-
pite nostro (*tanquam caput nostrum*), & patitur in membris suis, id est, nobismetipsis
ad

Lib. II.
cap. 17.
mox, in it.

Coloss. 1.

in Psal. 61.

ad communem hanc quasi republicam; nam quisque pro modulo nostro exsolvi-
 mus, quod debemus, & pro posse virium nostrarum canonem quasi passionum inferi-
 mus, paratoria plenaria. Passionum omnium non erit finis, nisi cum Seculum fuerit
 finitum. Quidquid passi sunt Prophetæ à Sanguine Abel iusti usque ad Sanguinem
 Zachariæ, adpositum est, quia præcesserunt adventum Incarnationis Christi quædam
 Ejus membra, sicut in nascente quodam capite quidem nondum procedente manus
 præcessit, sed tamen capiti connectebatur & manus. Nolite ergo, fratres, putare, iustos,
 qui passi sunt persecutionem impiorum, illos etiam, qui venerunt missi ante Domini
 adventum, prænuntiare eum, non pertinuisse ad membra Christi. Absit, ut non pertineat
 ad membra Christi qui pertinet ad civitatem, quæ Regem habet Christum. *Et post aliqua:* Tota
 ergo Civitas illa loquitur à Sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariæ, inde & dein-
 ceptis à sanguine Johannis per sanguinem Apostolorum, per sanguinem Martyrum, per san-
 guinem fidelium Christi, una loquitur Civitas &c. Non dicam, aut prolixius inquiram,
 an Augustinus adpositè hæc ad mentem Regii Pfaltis scripserit vel dixerit, de quo Inter-
 pretes videndi; id Lectorem Veritatis studiosum observari velim, agere quidem hæc
 verbis Augustinus de Passionibus Christi & fidelium, & ut sano concedamus sensu, de
 Satisfactionibus etiam, iis nimirum, quibus Divinæ voluntati fiat satis in eo, ut membra
 capiti conformentur; non autem de *Indulgentiis*, quas ex earum thesauro provenire, &
 vi potestatis Ecclesiasticæ dispensari statuunt earum nundinatores, utpotè de quibus
 Augustino secundum testimonia paulò ante citata nihil quidquam innotuit. Paucis, de-
 scribit augustissimus Doctor statum corporis Ecclesiæ mystici tam quoad unionem cum
 capite Christo, quàm quoad unionem membrorum inter se. Ad hanc refert fideles quos-
 vis & in Veteri Testamento ante Christum, & in Novo post Christum usque ad con-
 summationem Seculi, tanquam corpus unum constituentes. Ad illam verò refert com-
 munionem passionum capitis & membrorum, non quidem hiastiarum quasi passiones
 fidelium æquè essent sensu proprio satisfactoriæ ac expiatoriæ, quàm Christi Sacerdotis,
 de quibus expressè Sanctus Pater, *quod non nisi in solo capite sint*; sed mysticarum & suo
 etiam modo symbolicarum, quo cuncti fideles juxta Divinam Voluntatem suas ad hunc
 Passionis, non quidem propitiatoriæ vel expiatoriæ, thesaurum conferre symbolas tenentur,
 hæc ratione capiti Christo se conformantes, & communi jugo Crucis subiecti.
 Si Augustinus de hoc passionum thesauro credidisset, colligi eum hunc in finem, ut ex
 eo Indulgentiæ per singularem in Ecclesiâ potestatem, interveniente pecuniaria satis-
 datione, pro remittendis temporalibus pœnis dispensarentur, non dixisset, *quemque pro
 suo modulo exsolvere, quod debet & pro posse virium quasi canonem Passionis inferre*; cum è
 contrario thesaurus ille Satisfactionum, quo Romanensis Ecclesiæ superbit, & ex quo
 certis temporibus & personis liberalissima fit & superabundans dispensatio, collectus sit
 & colligatur non ex omnium promiscuè fidelium, sed Christi tantum & quorundam præ-
 cæteris Sanctorum passionibus, quas utpotè supra & ultra debitum divites & superero-
 gatorias, aliis etiam in usum, & quidem, de quo hic quam-maximè controversatur, pro
 pœnis peccatorum temporalibus expiatorium & coram DEO propitiatorium cedere
 statuunt, id quod Augustino in mentem non venit, neque etiam venire potuit, & si oc-
 casione Oraculi Apostolici in mentem sibi venire passus fuisset, non tenerentur Evange-
 licæ acceptare, quia ex ipsis Interpretibus Papæ sunt, qui hunc Oraculi sensum non
 admittunt, sed in terminis pro debitâ ingenuitate repudiant, Augustini verò explicatio-
 nem proximè exhibitam calculo suo adprobant. Post & præter alios iterum hic legime-
 retur *Eschius*, sequentia ad hoc Apostoli Oraculum observans: *Quod noster Interpres dixit,
 ea quæ de sunt passionum Christi, non sic accipiendum, quasi Christus non satis sit passus
 ad redemptionem nostram, ideoque Martyrum supplemento habeat opus; quod impium est senti-
 re, quodque Catholicos dicere, non minus impiè calumniantur heretici.* Thomas certe cum
 sensum pronuntiat esse hereticum, eò quod Christi Sanguis sit sufficiens ad redemptionem Mun-
 dorum etiam multorum. Sed significantur ea, quæ reliqua sunt passionum, id est, quæ po-
 sterius adhuc restant toleranda; id enim sibi vult Græca dictio, *ὅς ἐπιπλάσσει*. Sentium ve-
 rò Apostoli nobis aperit *Leo Magnus*, Sermone ultimo de Passione Domini: *Passio
 Domini usque ad finem perducitur Mundi, & sicut in Sanctis suis Ipse honoratur, Ipse diligi-
 tur, & in pauperibus Ipse pascitur, Ipse vestitur; ita in omnibus, qui pro Iustitiâ volent au-
 versa, Ipse compatitur &c.* q. d. Christum, qui semel passus est in seipso atque in pro-
 priâ carne, debere adhuc in suis pati membris usque ad finem Seculi; quia oportet
 membra capiti in passionibus conformari, ut Ei aliquando conformentur in Gloria. Atque

Vid. D.
 Dorich.
 AntiCorn.
 cap. 27.
 pag. 353.
 & 354.
 conf. Dal-
 laj de Pœ-
 nis & Sa-
 tisfact. p.
 264.

vid. Vin-
 dic. Evæg.
 Thom. h.
 loc.

Atque ita locum hunc intellexerunt *Augustinus*, *Gregorius M.* item Latini Commen-
tatores, *Anselmus*, *Aquinas*, *Cajetanus* & alii. Sentitigitur Apostolus, se patiendo ad-
flictiones in Carne sua, parte quâdam ea supplere, quæ Christo adhuc patienda super-
sunt, non quidem in ipso, sed in membris. Dicens autem, *in carne meâ*, respexit ad id,
quod supra dixerat, *Christum nos reconciliasse in corpore carnis suæ per mortem*. Sicut enim
Christus in carne suâ passus est, ita Paulus in carne suâ pati se dicit, & ita quemque Chri-
sti discipulum in carne suâ pati oportet. Quod si cum non-nullis Passiones Christi in-
terpretemur, quas pro Christo patiuntur fideles, quemadmodum supra dictum est,
sicut abundant Passiones Christi in nobis; facilius erit hujus loci Sensus, idemque minimè
contemendus. Et paucis inmerjetis: Hinc Theologi quidam ostendi putant, Sancto-
rum passiones prodesse fidelibus ad remissionem pœnarum, quæ vocatur *Indulgentia*;
quæ quidem doctrina etsi Catholica sit & Apostolica, (ita & non aliter loqui & scribere
debit *Esthius*, si non in suspicionem hereseos, apud suos venire voluit,) atque aliundè sa-
tis probetur; ex hoc tamen Apostoli loco nobis non videtur admodum solidè statui
posse. Non enim Sermo iste, quo dicit Apostolus, pati se pro Ecclesiâ, necessariò sic
est accipiendus, quod pro redimendis peccatorum pœnis, quas debent fideles, patia-
tur, quod fortè non nihil haberet arrogantia; sed percommode sic accipitur, quomo-
do proximè dixerat, *Gaudeo in passionibus meis pro vobis*, ut nimirum utrâque parte
significet adflictiones & persecutiones pro salute fidelium ipsiusque Ecclesiæ promo-
vendâ toleratas. Undè & Græca, quamvis locum hunc Paulò aliter, quam Latini,
exponant, illud tamen, pro corpore Ejus, sic intelligunt, ut jam diximus. Volunt autem ta-
le esse, quod Apostolus dicit: Multis laboribus & adflictionibus ad colligendam opus
est Ecclesiam, hominesque ad finem vocandos & ad Salutem perducendos. Hujus-
modi labores & passiones multas, easque gravissimas sustinuit Christus in hac vitâ &
in carne suâ mortali; verum multæ adhuc restant tolerandæ toto Seculi decursu, do-
nec tota Ecclesia collecta atque perfecta fuerit. Tolerandæ inquam ab iis, quibus
Evangelii prædicandi ministerium incumbit; quæ proindè & Christi Passiones di-
cuntur, quia passiones sunt ministrorum Ejus. *Harum igitur Passionum ego partem meam*
expleo ac repræsentato, tanquam minister Evangelii, laborans pro salute Ecclesiæ. Hæc omnia
contra Bellarminum & eos, qui Paulum vi quâdam & invicissimum in ordinem Indul-
gentiarum pertrahere nituntur, in specie *Ambrosium* quoque *Catharinum*, prolixissimi-
mè ex hoc Pauli loco pro Indulgentiis agentem, ex debitâ, ut dixi, ingenuitate *Esthius*,
cui pollicem premit *Fromondus*, per breviorum Oraculi Apostolici paraphrasin, quæ
hæc est: *Licet Christus ad redemptionem generis humani plenissimè sit in se passus, in suis ta-
men membris plenius adhuc Eum pati oportet*. Ea, quæ defunt passionum, Græcè, defectus
passionum Christi; scilicet in membris suis. Passus est enim Christus in capite corporis sui mysticè,
restat jam, ut patiat in cæteris suis membris, ut sic una Passio integretur, quasi ex Christi & ejus
membrorum passionibus. Nam membra debent esse Capiti conformia. In carne meâ, quæ Christi
caro est, non illa, in quâ ascendit ad Cælum, sed quæ adhuc laborat in terrâ, ait Augustin. Undè
Christus non cessat adhuc in electis suis membris pati pro vobis. Pro corpore Ejus, mysticè, con-
gregando, edificando & adplicando ei meritum passionis ipsius Capitis Christi. Catharinus, Sotus,
Henriquez & alii multi hinc colligunt, esse communionem Sanctorum, per quam unum Eccle-
siæ membrum, ut Paulus, pro aliis satisfaciunt membris, & adimplere ea, quæ defunt Passionum
Christi, est, inquit, Satisfactionibus suis Christi Satisfactionibus adjungere, & ex omnibus simul
unum constare Indulgentiarum thesaurum. Sed hujus interpretationis nemo Patrum meminit,
ideoque infirmiter Indulgentiarum thesaurus in eâ fundatur, ut rectè monet *Esthius*. Et de
hoc Oraculi apostolici sensu ipse testatur Bellarminus libro sequenti, eum à multis suo-
rum fuisse observatum & approbatum. Quæ in sequentibus primi hujus libri capitibus ha-
bet, quando nominatim capite septimo Propositionem format, *Indulgentias liberare ho-*
mines à reatu pœnæ non coram Ecclesiâ solum, sed coram Deo etiam, eamque inter alia firmare
tentat illis Augustini verbis, quibus Deo satisfieri debere, de publicâ agens Pœnitentiâ
scripsit, in proxime antecedentibus dictum est, quid de eo habendum sit testimonio,
perque se patet, quàm impertinenter illud ad hoc Institutum trahatur; quando item ca-
pite post decimum quarto demonstrare contendit, *Indulgentiis etiam animas defunctorum*
juvari, idque eo ex fundamento, quia fideles defuncti ita sint cum fidelibus viventibus
ejusdem Fidei & Charitatis vinculo conjuncti, ut unam efficiant Ecclesiam & unum corpus,
dum Augustino recte piorum defunctorum anima ab Ecclesiâ, quæ Christi Regnum est, non
separantur, de eo ex Controversiâ de Purgatorio judicari debet, sicut & de eo, quando
capite eodem circa Quæstionem, quid requiratur ad hoc, ut Indulgentiæ defunctis prosint,

NB,

NB,

cap. 5.
ad fin.Homil. 50
in lib. 50.
Homil.Lib. 20. de
Civit. Dei,
cap. 5.

ci,

ei, nimirum Bellarmino res & lis est cum Cajetano de legitimo quorundam Augustini verborum sensu. *Requiritur enim ex Sententiâ Cajetani, scribit Bellarminus, ut defunctus non solum sit in Statu Gratia, & in Purgatorii locis degat, sed etiam ut, dum viveret, fuerit devotus clavium Ecclesie (æstimator), mortuosque suffragiis juvare studuerit, & pro suis peccatis Satisfacere non neglexerit; ita enim intelligit Cajetanus Augustini verba, suffragia non prodesse omnibus mortuis, sed illis tantum, qui in hac vita meruerunt, ut sibi prodesse possint.*

de curâ
pro mort.
cap. 1. En-
chir. cap.
109.

Addit Bellarminus, *Sed hæc Cajetani Sententiâ ut est utilis & pia, quia viventes ad bonæ ex-citâ operâ ita videtur minus vera, & ab omnibus passim refellitur. Nam Augustinus locis no-tatis non excludit à suffragiis etiam particularibus ulla ex iis animas, quæ degunt in Purgato-rio, sed animas solum damnatas ad æternas Inferorum pœnas; dicit enim, eas tantum esse capaces Suffragiorum, quæ dum viverent, id meruerunt, quia videlicet in gratia Dei & charitate per-severarunt. Charitas enim est fundamentum communionis inter Ecclesie membra, & non ali-quæ peculiaris devotio ad Ecclesie claves vel aliquid hujusmodi. Quantum hæc Cajetani & Bellarmini Sententiâ differant, itidem ex supra de Purgatorio dictis manifestum est, ut & quando Bellarminus ad ultimâ ejusdem capituli Quætionem, an nimirum Indulgentiæ profint illis, pro quibus in particulari susci-piuntur, an omnibus in communi: pro posteriori parte adfirmans, inter alia ad Augustini quoque auctoritatem provocavit, scribens, Ecclesiam suffragia quadam communitati an-nuuntiare ad animas defunctorum, ut quibus defuncti particularia à consanguineis vel amicis, non desint aliqua à communi Matre, quæ est Ecclesia. De quibus omnibus & singulis, quia loco jam citato dictum est, Lector studiosus merito illuc remittitur, ne repetitio pariat fastidium.*

LIBRI SECUNDI CAPVT TERTIVM ET QVARTVM,

De

Quibusdam Calvinii objectionibus contra Indulgentias.

Id quod antehac non semel monui, hic quoque moneri debet, nimirum Calvinii obje-ctiones non idèò contra Bellarminum vindicari, ac si Ejus in specie ageretur causa, qui-tuis non destituitur defensoribus, sed quia communem cum Evangelicis causam contra Doctores Papæos in aliquibus habuit, & quia de Augustini imprimis auctoritate hinc agi-tur, quem à quocunque laudatum orthodoxæ Veritati restituere semel est propositum. Duo autem citatis capitibus occurrunt loca, quæ Augustini aliquam faciunt mentio-nem. In priori Bellarminus ex Augustino, posteriori autem ad objectum ex Augustino contra Indulgentias testimonium respondet. Ibi Bellarminus ita Calvinium contra In-dulgentias argumentantem introducit: *Christo Lex & Prophetæ omnes teste Petro perhi-bent testimonium, quod per Ipsum accipiendâ sit remissio peccatorum; Indulgentiæ vero re-missionem peccatorum per Petrum, Paulum & Martyres largiuntur.* Bellarminus respondet, *Loquitur Petrus de remissione peccati, quæ habetur per Fidem & sacramenta, sine qua nemo salvus esse potest. Nam idèò dictum est Cornelio ab Angelo: Simonem accersere, qui cognomi-natur Petrus, qui loquetur tibi verba, in quibus salvus eris tu & universa domus tua. Ne-que obstat, quod Cornelius in eodem loco dicitur fuisse Vir justus & timens Deum, etiam ante, quam audiret Petrum; nam, ut scribit Augustinus, justus erat Cornelius Justitiâ quadam in-choatâ & imperfectâ, sed non poterat Salvus esse, nisi crederet in Christum, & per Ba-ptisimum remitterentur ei peccata, & ipse incorporaretur Ecclesie. Nam, ut idem loqui-tur Augustinus, si potuisset Cornelius sine Christi fide salvus esse, non ad eum ætifican-dum missus fuisset architectus Petrus. De hac igitur Remissione loquitur idem Apostolus, cum ait, Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, quod per ipsum accipiendâ sit Remissio peccatorum; de qua Remissione Calvinus falsò dicit, Indulgentias Remissio-nem Peccatorum per Petrum, Paulum & Martyres largiri, cum jam sæpe sit dictum, cul-pas non remitti per Indulgentiam. Ita ex Augustino respondet Bellarminus, cui paria fere sunt, quæ ad objectum ex Augustino contra Indulgentias testimonium duplex re-posituit. Duplex, inquam. Unum, sicut ipse Bellarminus ex Calvino refert, delum-pum ex Opere in Johannem, alterum ex libris contra duas Pelagianorum Epistolas ad Bonifacium. Illud ita habet: *Etsi, fratres, pro fratribus moriamur, nullus tamen Martyris (etiam) sanguis in remissionem peccatorum funditur; quod fecit Christus pro nobis. Neque in hoc, quod imitemur, sed, quod gratularemur, contulit nobis.* Hoc autem sequentia exhibet verba:*

Act. 10.

Lib. 1.
ad Simpl.
Quæst. 2.
Lib. I.
de Præ-
dest.
Sanct.
cap. 7.

Tract. 84.

verba: Sicut solus DEI Filius factus est Filius hominis, ut nos secum Dei filios faceret; ita pro nobis solus suscepit sine malis meritis poenam, ut nos per Ipsum sine bonis meritis consequeremur Gratiā. Bellarminus respondet, loquitur Augustinus, ut ipsa clamant verba, de remissione peccatorum, quam in Iustificacione accipimus, cum ad Gratiā sine ullis nostris bonis meritis pervenimus, quam remissionem nemo Catholicorum ab Indulgentiis vel à Sanctis expectat, sed omnes in unum Christum integrè referunt. Utrobique, ut dixi, eadem oberrat chorda, suisque innititur hypothesibus, ante jam subrutis, ostensum est enim, Augustini etiam autoritate, post remissionem à Deo peccati culpam, non remanere ejus poenam propriè dictam, à Christo sufficienter expiatam; inque hac actione culpam à poenā, & hanc ab illa divelli nec posse nec debere, sed illa plenariè sublatā hanc quoque non amplius attendi, id est, neque satisfactione vel satisfacione, ad ejus expiationem, quin imò neque ullā satisfacione pecuniariā pro ejus redemptione & ficticio Indulgentiarum thesauro opus esse. Hinc quidquid Bellarminus excipit, distinguens inter remissionem peccati vel culpæ per Christi solius meritum, & inter remissionem poenæ per Indulgentias è thesauro Satisfactionum & Satisfacionum Christi & simul Sanctorum, id est, per satisfacionem pecuniariā in defectu propriæ Satisfactionis & Satisfacionis, interveniente singulari gratiā benefici Dispensatoris impetrandam, nihil omninò valet, & præsupposita remissionis peccatorum plenitudine & sufficientia per se cadit, & stare nulla ratione potest. De exemplo Cornelii, quo impertinenter planè hic utitur Bellarminus, suo infra loco circa Controversiæ de Auxiliis Gratiæ excussionem, ex Augustino agetur, cujus ea inter testimonia contra Indulgentias à Calvino laudata manent inconcussa, qui dum nullius Martyris Sanguinè in remissionem peccatorum scribit fuisse fufum, atque solum commendat Christum, quod poenam, videlicet Mortis, in se sine malis susceperit meritis, nimirum peccatis, eum in finem, ut nos homines per ipsum (& non per alium) sine bonis (vel nostris, vel aliorum) meritis, adeoque sine nostris vel aliorum Satisfactionibus & Satisfacionibus ex Indulgentiarum Satisfactione pecuniariā redimendarum thesauro dispensandis & adplicandis, à Deo consequeremur remissionis peccatorum & quoad culpam pariter & poenam, & hinc etiam æternæ Beatitudinis gratiam & gloriam; necio, quid contra hanc minimè spiritualem Mercaturam atque impias Indulgentiariorum fraudes manifestum magis scribi potuerit?

CAPVT DECIMVM,

De

Silentio Indulgentiarum. in Verbo Dei.

Quæ capite octavo antecedente ex Augustini *Enchiridio* ad demonstrandam Indulgentiarum pro defunctis in Purgatorio utilitatem habet Bellarminus, supra jam ex debito sunt discussa. Iam porrò videndum, quid de autoritate negantis argumenti in hac Controversiā sit statuendum, quo *Chemnitium* ex Augustino usum esse scribit Bellarminus. Tractavit in genere hanc rem peculiari tractatu laudatus supra non semel Sorbonista Lannojus, interque plura ex Augustino testimonia, quæ inservire videbantur Instituto, hoc imprimis è secundo Ejus de Trinitate libro commendavit: *Pater solus nusquam legitur missus. Et postea: Ideo nusquam est scriptum, quod Deus Pater major sit Spiritu Sancto, vel Spiritus Sanctus minor sit Deo Patre, quia non sic adsumta est creatura, in qua adpareret Spiritus Sanctus, sicut adsumtus est filius hominis.* Post innumeros ferè alios hujus argumenti negantis observatores ipsum quoque Bellarminum citavit testem, his verbis utentem: *In tota Scriptura non est unum verbum, quo plebi detur auctoritas Episcopos vel Presbyteros creandi.* Cætera Ejusdem ibi exhibita cum pluribus non attendo, ad præsentem materiam me conferens. Scribit autem Bellarminus, *Chemnitium* in hujus argumenti ad hanc Quæstionem adplicandi usum sequentia Augustini verba objicere: *Si quis de quacunque re, quæ pertinet ad Fidem Vitamque nostram, si vel Angelus è Cælo vobis aduvertiaverit præter, quàm quod in Scripturis Legalibus & Evangelicis accepistis, anathema sit.* Ut huic Apostoli Oraculo à Sancto Patre ad sui temporis homines egregie adplicato occurrat Bellarminus, dum aliud non habuit, quod reponat, Augustinum opponit Augustino. Nos, inquit, *Ipsum eundem Augustinum respondentem adducemus: Ipse enim alibi scribit, illud præter, quàm non significare plus, quàm sed contra, quàm, Verba augustissimi Doctoris hæc sunt: Non ait Apostolus, plus, quàm accepistis, sed præter, quàm quod accepistis. Nam si illud diceret, sibi metipso præjudicaret, qui cupiebat venire ad Thessalonicenses, ut suppleret; quæ illorum Fidei defuerunt.* Sed, qui supplet, quod minus erat, addit; non, quod

L. IV. c. 4.

c. 5. & 6.

Lib. I. de Pôr. Rom. cap. 6.

Lib. III. contra lit. Petil. c. 6.

Tract. 98. in Joh.

Kkk

quod

Lib. II.
de Bapt.
c. Donat.
cap. 7.
Lib. IV.
cap. 24.
lib. I. con-
tra Cresc.
cap. 33.

quod inerat, tollit. Qui autem prætergreditur regulam Fidei, non accedit in via, sed recedit de via &c. Addit de suo Bellarminus: Non igitur anathema dicitur iis, qui credunt aliquid, quod non invenitur expresse scriptum in Sacris Literis, sed iis, qui credunt aliquid, quod repugnat Sacris Literis. Nam idem Augustinus alibi scribit: Multa non inveniuntur in Literis Apostolorum, neque in Conciliis posteriorum, & tamen quia per universam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab Ipsis tradita & commendata creduntur. Et iterum ibidem: Quod universam tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum decentissime creditur. Denique alibi iterum: Quamvis de Scripturis Canonicis non proferatur exemplum, earundem tamen Scripturarum a nobis tenetur veritas, cum hoc facimus, quod universæ placuit Ecclesie, quam ipsarum Scripturarum commendat auctoritas. Equidem de hoc Pauli, & exinde Augustini Oraculo contra Bellarmini exceptiones in primâ de Verbo Dei & Traditionibus Controversiâ generali actum est, & tamen super adhuc est, quod ibidem dictis breviter adjiciatur, responsumque Bellarmino ibi datum uberius confirmetur. Nimirum non bene Augustinus opponitur Augustino, qui de hoc Apostoli Oraculo semper idem sensit, nullibi autem particulam præter in eius explicatione per contra intelligendam docuit, id quod accuratior locorum, ad quæ Bellarminus provocat, inspectio ostendit. aliud certè est plus, quod Sanctus Doctor non vult ab Apostolo exclusum, aliud contra, quod Apostolus etsi non nominatim hic tamen subintelligendum esse præsupposuit. Omne videlicet, quod contra Evangelium à se prædicatum esse scivit, scivit esse etiam præter Evangelium à se prædicatum; at non vice versâ, omne quod præter illud est, esse etiam contra illud, eique è diametro oppositum & contrarium. Et tamen anathema dixit eis, quicumque non contra, sed præter Evangelium aliquid, quasi ad Fidei salvificæ doctrinam pertinens ausi fuerint docendo proponere, id quod ex Chrysostomo, quem in primis sequitur Theophylactus, Cornelium à Lapide supra diximus observasse. Ubi verò Pater augustissimus notat, Apostolum non particulâ plus, sed præter in hoc usum esse Oraculo, adeoque plus Evangelio à se prædicato super addi posse, comet ipso concessisse, de majori lumine Fidei & gradu Cognitionis salvificæ, non de alicujus doctrinæ ad Evangelium ab Apostolo prædicatum super additione intelligi debet, Apostolo suæmet mentis optimo interprete, qui dum ad Thessalonicenses venire cupiebat, ut suppleret, quæ illorum Fidei defuerant, digressum ad id ipsum intendit; incrementum videlicet Fidei & Cognitionis, quam ex Evangelii prædicatione jam hauserant, per vivæ vocis repetitionem unice respiciens. Quæ in cæteris contra Donatistas locis in materiâ rebaptizationis hæreticorum habet Augustinus, impertinentissime, ut antehac monui, ad præsens Institutum trahuntur. Agitur enim ibi non de rebus Fidei, & quæ ad credendum proponuntur, sed de questione Juris, an hæretici vel venientes ab hæreticis rebaptizandi sint, & quia olim Cypriani tempore in Africa rebaptizati fuerunt, rectene id factum sit, idemque porro fieri debeat? Ubi dum Augustinus ad Ecclesiæ provocat auctoritatem, hæreticorum sine Baptismi traditione defendens receptionem, quasi rem ab Apostolica traditione provenientem, & hinc sine omni contradictione tenendam, nihil plane agit, quo doctrinæ alicujus ad Fidem pertinentis, in Sacris tamen Literis per expressum non traditæ receptionem per-suadere alicui voluisse posset videri. Accedit, quod in ultimo contra Cresconium testimonio Augustinus loquatur ex certâ hypothesi, quam particula quamvis expressit, in proxime antecedentibus manifestissime in hoc eodem negatæ rebaptizationis hæreticorum argumento ad Sacras provocans literas, dum scripsit: Sequimur sanè nos in hæc veritatem Canonicarum Scripturarum certissimam auctoritatem. Si Nundinatores Indulgentiarum suas exponendo merces, quibus Simpliciorum loculos emungunt, suosque ditant, singularibus Encomiis thesaurum, ex quo depromere se dicunt alienarum Satisfactionum & Satisfactionum pro satisfactione pecuniaria adplicationes, in tempus longum & tantum non plane infinitum, ipsumque transcendens ævum commendantes, his Augustini verbis vere possent uti, tum de alio solliciti cogereur esse responso. Nunc, quia id facere non possunt neque audent, nisi in aperta luce fallum dicere velint, ac sibi metipsis laborem demonstrationis præstitum impossibilem, utpote adfirmantibus imponere, fateantur, id quod fateri eos necessum est, Augustini auctoritatem hic nihil sibi prodesse, imò potius obesse, à que partibus Evangelicorum stare, id quod insuper alio adhuc testimonio huc pertinente & parallelo breviter erit ostendendum, ubi Sanctus Pater contra eosdem Donatistas sequentia utrisque legitur: Hoc nobis ex Canone Divinorum librorum legant, tot Civitates, quæ usque ad hodiernum Diem Baptismum per

de Unit.
Eccles.
cap. 15.

per Apostolos sibi consignatum tenuerunt, propter Afrorum incognita sibi crimina periisse à fide Christi, & denuò baptizandos esse à parte Donati, ac inde ceteris gentibus, quæ nondum audierunt, predicandum esse Evangelium. Hoc nobis legant. Et post aliqua, ubi eos hoc non posse ostendit, notanter in rem hanc subjunxit: restat ergò, ut non ex Divinis Libris, sed ex vobis ista dicatis; proinde respondebitur dignissimè, Anathema sitis. Tenent enim Ecclesie Apostolico labore fundatæ, cum quantà sibi predictum sit curà: Si quis vobis evangelizaverit præter, quàm quod accepistis, anathema sit. Plura his non addo, ne & hic Lectoris studiosi iudicio nimis videar distendere, Est huius observatione contentus, quam post vindicata jam Augustini è Commentario in Johannem verba Oraculo huic Apostolico adscripsit: Notandum, ex hac Apostoli Sententiâ sumi posse generalem quandam rationem explorandi doctrinam Religionis. Earatio seu regula est, omnem Doctrinam, quæ præter Doctrinam antiquitatis traditam adfertur, esse rejiciendam; eam vero, quæ cum Doctrinâ à Majoribus acceptâ consentit, recipiendam esse & adprobendam. Quæ verba si de Antiquitate Biblicâ ac Majoribus in eadem commendatis, Prophetis nimirum & Apostolis intelligantur, rectè se habent, & sic Doctrina, de quâ hic agitur, Indulgentiaria omninò ex finibus Ecclesie, tanquam præter Doctrinam Prophetarum & Apostolorum intrusa & obtrusa, erit ejicienda. Quod in fine capitis de Scopo secundæ Petri Epistolæ, ex quâ contra Indulgentias etiam argumentatus est Chemnitius, ex Augustino monet Bellarminus, eam, ut & Jacobi & Judæ Epistolas adversus eos scriptas esse, qui solâ Fide homines salvari posse existimabant, de eo in Quæstione circa necessitatem Bonorum Operum ad impetrandam Salutem æternam intrâ dicitur.

CAPVT DECIMVM ET QVARTVM,

De

Indulgentiarum reprobatione ex Psalmo quadragesimo

octavo vel nono.

IN præcedente iterùm capite, ut pænæ residuum post culpæ remissionem defendat, provocat Bellarminus ad ea Augustini ex *Enchiridio*, & in Psalmum quinquagesimum primum *Enarratione* testimonia, quæ suprâ jam ex debito sunt vindicata, adeòque hic ob repetitionis fastidium prætermittenda. Ad eum igitur accedimus locum, quem Bellarminus à *Chemnitio* contra Indulgentias adduci monet, circa cujus explicationem Augustini intercedit autoritas, quam Bellarminus sibi adplicare conatur, quo autem successu, sequens Examen breve ostendet. Estis Regii Platis, qui negat, posse fratrem redimi à fratre, aut pretium redemptionis ejus Deo persolvere. Ex hoc probari existimat Chemnitius, inquit Bellarminus, non posse satisfactiones Sanctorum adplicari ad reatum pænæ pro aliis expiandum. Sed facilis est responsio, addit Bellarminus; nam tribus modis explicari potest & solet ea Sententia. Rectius eum indicasset modum, quo ad mentem Scriptoris Divini ex contextu debet explicari. Nos jam missis duobus prioribus de tertio tantùm videbimus, utpotè Augustini autoritate fulto, quam Bellarminus ita exhibet: *Tertia Explicatio est Augustini primâ in hunc Psalmum Concione, qui interpretatur, Frater non redimit; redimet homo? id est, si Christus, qui Frater noster fieri est dignatus, non te redimit, expectas, ut te redimat alius homo? Non dabit Deo placationem suam, nec pretium redemptionis animæ suæ ille, qui confidit in virtute suâ, & in multitudine divitiarum suarum.* At hucusque, subjungit Bellarminus, Expositio Augustini neque causam Chemnitii, neque nostram juvat; loquitur enim de liberatione impii à captivitate peccati, & dicit, non posse impium, qui in suâ virtute confidit, liberari, nec à se, nec ab alio, cum à Christo liberatus non fuerit; non defectu Christi, qui pro omnibus est mortuus, sed defectu impii, qui redemptionem sibi noluit adplicari. Nos autem, ita pergit Bellarminus, in disputatione de Indulgentiis nõ loquimur de liberatione impii, sed de liberatione hominis justificati à reatu pænæ temporalis, de quâ in sequentibus verbis loquitur Augustinus, quæ hæresin Chemnitii manifestè refellunt: *Qui sunt, qui dant pretium redemptionis animæ suæ? quibus ait Dominus, Facite vobis amicos de Mammonâ iniquitatis, ut & ipsi recipiant vos in* Luc. 18. *æterna Tabernacula. Illi dant pretium animæ suæ, qui non cessant facere Eleemosynas. Ideò illos, quos per Timotheum monet Apostolus, noluit esse superbos, ne in abundantia divitiarum gloriantur; denig., quod possidebant, noluit apud illos veterascere, sed aliquid ex eo fieri, ut esset pretium redemptionis animæ illorum. Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut* 1. Tim. 6. *veram apprehendant vitam; sic dabunt pretium redemptionis animæ suæ.* Itaque Augustinus non

Dan 4.

non timet dicere, & ter reperere, homines justos à Christo redemptos à morte animæ dare per Eleemofynas pretium redemptionis animæ suæ, juxta illud, *Peccata tua Eleemofynis redime*; quæ redemptio non potest alia intelligi, nisi à reatu pœnæ post redemptionem peccati quoad culpam remanente. Et, si Augustino teste potest quis dare pretium redemptionis animæ suæ sine ullâ Christi omnium Redemptoris injuriâ, non debet videri mirum, si nos dicamus, posse Sanctos Martyres dare pretium aliquod redemptionis pro solo pœnæ reatu aliorum fidelium; non quod Christi pretium non sufficiat, sed ut hæc etiam ratione Martyrum passiones & merita honorentur. *Hæc omnia* ex Augustino & ad Ejus mentem, ut quidem videri vult, Bellarminus; de quibus ante, quàm Sententia dicatur, notandum, hæc Regii Pfaltis verba, de quorum sensu citatus Augustini locus agit, à *Chemnitio* non eum in finem contra Indulgentias fuisse adducta, quasi ex professo & directè eis possent vel deberent opponi, sed ut in refutatione argumenti, quod ex Epistolâ Pauli ad Colossenses à parte adversariâ inprimis urgeri solet, inter alia ostenderet, *Sanctos de operibus suis coram judicio Dei ad Satisfactionem, expiationem seu redemptionem nec velle, nec posse aliis aliquid commodatò seu usui dare*, quæ *Chemnitii* verba sunt à Bellarmino studiosè prætermiſſa, ut videlicet faciliorem haberet anam, formatam ex eis objectionem elidendi. Quæ autem exindè contra Indulgentiarum nundinationem possit necesse consequentia, patet. Si enim nullis operibus suis aliquid mutuo dare possunt Sancti aliis ad Satisfactionem vel expiationem sive pro culpâ, sive pro pœnâ (cum hæc à se non divelli, sed uno sublato alterum quoque auferri, jam sit demonstratum,) coram judicio DEI, & hinc neque opere aliquo pecuniario quasi redemptorio, de quo in specie verba Regii Pfaltis intelligi debere, ex Augustino contendit Bellarminus, Eleemofynarum singulare pretium & æstimium hic commendans; sequitur, neque Indulgentias, e thesauro operum, quæ Sancti collegisse dicuntur, certâ pecuniæ summâ redemptas, quidquam hic posse aut valere. E contrario & inverso, si Christus, Frater & Immanuel noster Sanguinis sui & Mortis pretio inæstimabili & ad culpæ pariter ac pœnæ expiationem sufficientissimo, quæ Augustini & aliorum quorundam antiquorum & recentium Ecclesiæ Doctorum & Interpretum ad hoc Regii Pfaltis Oraculum piæ sunt Meditationes, non omnino rejiciendæ, totum genus humanum, cujus gratiâ verus homo factus est, redemit, & Deo Patri reconciliavit; vile est & planè superfluum omne id, quod ab hominibus præter omnem necessitatem, præter omne debitum, imò non sine gravi Redemptoris benevolentissimi injuriâ, pro reatu pœnæ, quæ nulla in fidelibus & per Fidem justificatis super amplius est, additur, ac nullo planè modo admittendum. Hæc sicut Bellarmini causam non juvant, ut Ipse ultrò ingenuus agnovit, sed potius evertunt; ita plurimum juvant causam Evangelicorum contra Indulgentias disputantium, ac singulares ob id debentur Bellarmino gratiæ, quod, dum *Chemnitii* ex hoc Regii Pfaltis Oraculo argumentum aliquatenus indirectum Augustini auctoritate conatus est subruere, suppedirata augustissimi Doctoris piâ Explicatione ostenderit, quâ ratione directius exindè contra Indulgentias liceat argumentari. Equidem in sequentibus Augustini verbis aliquid invenisse se putavit, quo *Chemnitii* Indulgentias rejicientis nondum demonstrata hæresis possit refelli; sed proprio iterum se jugulat gladio, quem Evangelicis contra semetipsum in manus tradit. Indicat nimirum Sanctus Pater, quos intelligat, de quibus dicit Pfaltis Regius, *quod dent pretium redemptionis animæ suæ*; nimirum Eleemofynas facere de Mammonâ Iniquitatis non cessantes. Non sollicitabo jam Interpretes, antiquos vel recentiores, orthodoxos & heterodoxos, neque ipsam adeò Bellarminum, an hæc ad mentem Regii Pfaltis ab Augustino Idiomatis Ebrei ignaro rectè fuerint dicta, atque Christi verba de Eleemofynarum distributione pauperibus faciendâ rite sint applicata, ne prolixior fiat ultra debitum hæc tractatio; hoc tantum quæro, quia Bellarminus hanc Augustini Explicationem sibi contra *Chemnitium* putavit inservire, qua Ejus hæresin contra Indulgentiarum refelleret, an ergò Indulgentiarum, qualiter hodie in communi venduntur, & Eleemofynarum ratio probe consideretur, nescio, an aliquod tertium comparationis possit inveniri, huic Instituto admodandû. Ad minimû ii, quorû loculi numis pro Indulgentiarû venditione saginatur, Eleemofynâ se accipere non agnoscunt, existimantes, aut si meliora sciunt, populo simpliciter persuadentes, majoris æstimii merces se pro viliori pretio vendere, ubi neq; meriti de congruo, neq; & quidè multò min⁹ de condigno locû habere possit, omni proposito ne & geometrica & arithmetica hic exesse iusta. Impertinentissime autem à Bellarmino locum

locum Danielis ad illustrandam Augustini Sententiam commendari, melius ostendi non potest, quam si ea hic repetantur, quæ Bellarminus ipse antehac de eo observavit, scribens: *Locus hic duobus modis exponi solet.* Rectius iterum indicasset modum, quo ad Sententiam ipsius Prophetæ intelligi deberet. Sed pergat. *Vno, inquit, modo, ut per peccatum intelligatur culpa si ve inimicitia cum Deo, & tunc significatur illis verbis, posse hominem penitentem per Eleemosynas placare Deum ex congruo, atque ab Eo gratiam reconciliationis impetrare. Ex quâ interpretatione id sequitur, ut si opera hominis nondum iustificati, tamen cum Dei auxilio speciali facta tantum valent ad reconciliationem, ut ex congruo dicantur redimere culpam; multo magis opera hominis iusti ex Spiritu inhabitante facta tantum valeant ad expiandam temporalem penam, ut ex condigno dicantur redimere penam. Alio autem modo exponuntur ea a non-nullis verba, ut per peccatum sola intelligatur pena. Sed quia Nabuchodonosor impius erat, & non solum pena, sed culpæ etiam remissione indigebat, idcirco Authores illi volunt, Sententiam Danielis esse huiusmodi, ac alia subintelligi verba, quibus Regem ad agendam penitentiam & querendam reconciliationem sit cohortatus, ac tum demum addiderit de pena expianda, Peccata tua Eleemosynis redime. Cæterum, ita porro Bellarminus, plenus erit Commentarius, si verba Danielis intelligamus de perfecta Remissione peccati quoad culpam & penam, ita aut cohortatio sit ad magnas & frequentes Eleemosynas, quibus primum disponatur Rex ad reconciliationem, deinde etiam ex condigno penam redimat. Quæcunque ex his Explicationibus obtineat, quarum instituire examen hic locus non est, impertinenter tamen Bellarminus hæc Danielis verba præsentis argumento adaptasse convinci potest, ubi contra hæresin Chemnitii anti-Indulgentiarum evincere voluit, agi de liberatione hominis iustificati à reatu penæ temporalis post redemptionem peccati quoad culpam remanente; cum iuxta Bellarmini & eorum, quos laudat, Sententiam Danielis verba respiciant hominem impium & nil minus quam iustificatum, ad eoque vinculo vel reatu & penæ pariter & culpæ adhuc constrictum, quod certe Augustinum non illustrare, sed obcurare dici debet. Cadit hinc omne id per se, quodcunque Bellarminus Sententiæ Augustini non intellectæ, non ad mentem ejus ex debito illustratæ superstruxit. Si, inquit, potest quis, Augustino teste, nimirum per Eleemosynam, dare pretium redemptionis animæ suæ, sine ulla Christi omnium redemptoris injuriâ, non debet videri mirum, si nos dicamus, posse Sanctos Martyres dare pretium aliquod redemptionis pro solo penæ reatu aliorum fidelium. Atqui prius non ita dixit vel scripsit Augustinus, sicut crudè intellexit Bellarminus, neque etiam dicere vel scribere potuit, si ipsius Bellarmini Explicationem, quam senior atque hinc Textu accuratius expenso in Psalmos scripsit, attendamus, sequentia ad hæc Regii Platis verba observans: *Sensus est, Frater non redimit, multo minus homo alius redimet. Non dabit Deo placationem suam, id est, neque alium, neque semetipsum liberare poterit. Quamvis enim pecuniis maxime abundet, & eas omnes offerat ad placandum in die malâ Deum, nihil ei proderit; nam ut Dominus in Evangelio loquitur, quam dabit homo commutationem pro Animâ suâ? Superat enim anima humana pretium omnia hujus Mundi bona, & ideo solus unigeniti Filii Dei Sanguis, qui infiniti erat valoris, pretium animarum esse potuit.* Aliorum, ut dixi, Interpretum super hoc loco mentem non indago. Corrigat saltem Bellarminus ex his suismet verbis Augustini de pretio animæ Sententiam, eamque ad Fidei orthodoxæ normam reducat ante, quam ex iis plus ultra extensis aliquid contra ejus analogiam, & inconsequenter quidem deducat. *Inconsequenter dico.* Nam etiam si Augustin⁹ id docuisset, posse aliquem, in specie per Eleemosynas, quas Bellarminus Indulgentiis similes fecit, dare pretium redemptionis Animæ suæ, eo nimirum sensu, quo visum fuit Bellarmino; minimè tamen sequitur, posse Sanctos martyres dare pretium aliquod redemptionis pro solo penæ reatu aliorum fidelium, cum illa supererogatio nondum probata sit, neque etiam probari ullâ ratione possit.*

CAPVT DECIMVM ET SEXTVM,

De

Communione Sanctorum.

Hanc pro communi Indulgentiarum Thesauro cunctis fidelibus adplicando contra Chemnitium defendens Bellarminus, ne Augustini autoritate videatur destitui, inter alia hæc ex Eo commendat: *Potest ex Sententiâ Augustini unus pro alio credere, ut sit in Baptismo parvulorum; cur non poterit unus pro alio pati?* Sed audi, inquit, Bellarminus, eundem Augustinum de Communione Sanctorum differentem: *Oculus solus*

Epist. 23.
& Lib. III.
de Bapt.
cap. 18.

Kkk 3

videt

tunc tegete pœnitentium peccata, quod ad pœnam non reservat, sed debitum pœnæ remittit, idque probat ex Augustini in Psalmum trigessimum & secundum Sententiâ. Addit loco responsi Bellarmin. Sed in eodem loco est hujus objectionis solutio; significat enim Lombardus, de Pœna aeterna intelligendum esse, quod dicitur. Et ideo, inquit, sicut interius Gratiâ suâ animam illuminat, ita & simul debitum aeternæ mortis relaxat; Ipse enim per seipsum peccata pœnitentium tegit, & tunc tegit, quando ad pœnam non reservat. Et paulò infra: Ita ergo dicit à DEO tecta, ut DEVS non videat, id est, aeternaliter puniat. Cætera non addo, ut potè, quorum antea jam ratio fuit habita. Referri autem ad hanc priorem quoq; debet partem, quod Bellarminus, ubi è Chemnitio contra Indulgentias Chrysostroni adduxit testimonium, addidit, eandem quoque Sententiam habere Augustinum, his expressam verbis: Non dixit Deus, vade in Orientem, & quere Justitiam; naviga usque in Occidentem, ut accipias Indulgentiam. Dimitte inimico tuo, & dimitteret tibi, &c. Sed, ita iterum Bellarminus, subjuncto simili ex Bernhardi Scriptis testimonio, respondet, testimonia hæc nihil efficiunt. Primum enim loquuntur de justificatione impii ac remissione culpæ, non de solo reatu pœnæ, de quo nos loquimur. Deinde solum probant, non esse necessariam absolutè vel peregrinationem, vel Eleemosynam ad remissionem peccatorum; alioquin pauperes & ægrotautes spe omni carerent; & satis novimus, posse hominem per internam conversionem ad Deum ita vehementer accendi in amorem DEI & de suis peccatis dolorem, cum proposito Confessionis, ut continuo recipiat remissionem omnium culparum & pœnarum. Sed non ideo inutilis sunt Eleemosynæ & peregrinationes, & hoc solum contendimus ad versus hæreticos. Ac ut omittam de Eleemosynis, de quibus infra, idem præter Chrysostronem & ante Bernhardum, idem inquam Augustinus ad Clerum & populum Hipponensem scribit se authorem fuisse, ut quidam ad loca Sancta suscipere peregrinationem. In posteriori hujus ultimæ Tractationis de Indulgentiaria parte ea Chemnitii verba ægrè fert Bellarminus, quibus scribere non dubitavit, Veteres aliquando nimis largiter & verbis nimium magnificis Disciplinam, quæ vocatur, Canonicam commendasse, Augustinum inter & præter alios scripsisse, Deum illis de peccatis præteritis propitiari. Et ut ostendat, quid patientia pœnarum temporalium possit apud DEUM, præter alia hæc imprimis urget ex Augustino verba, quibus Regii Palatii à DEO desideria, domine, ne in furore tuo arguas me, neque in irâ tuâ corripias me, explicavit: Petit, ne in indignatione arguatur, neque in irâ emendetur, tanquam dicens Psal. 138. DEO, quoniam ista, quæ patior, multa sunt, magna sunt, quaeso, ut sufficiant; & incipit illa numerare, satisfaciens Deo, obferens illa, quæ patitur, ne priora patiat. Quæ vel in antecedentibus habet ex eodem loco Bellarminus, vel in sequentibus ex Augustini in Psalmum quinquagesimum Explicatione, jam supra responsum acceperunt, sicut & de cæteris omnibus suo dictum est loco, ut quam brevissimè nunc possint expediri. Quod enim attinet responsum Lombardi, quo Bellarminus infirmare conatur Augustini clarissimam de peccatorum pariter & pœnarum remissione à Palæ Regio tam insigniter commendatâ explicationem, quasi de pœnis tantum aeternis debeat intelligi, ad rem facit perparum. Qui enim remittit, quod majus est; cur non remitteret etiam, quod minus est? ostensumque est antehac ex professo, quæ supersunt fidelibus in hac vitâ post gratuitam peccatorum remissionem calamitates, ex Augustini Sententia esse non pœnam, videlicet propriè dictam, sed Medicinam; non damnationem, à Justitia vindicatrice, sed castigationem ab amore paterno profectam. Idem dici debet de responso Bellarmini ad Augustini contra Peregrinationes Indulgentiarias testimonium, dum in eo de justificatione impii ac remissione culpæ, non autem de reatu pœnæ agi putat. Si enim causa ejus, quod majus est, ipsius nimirum Justificationis ac peccatorum remissionis, peregrinationes ad loca procul dissita instituere non est necessum; neque id fieri necessum erit causa ejus, quod minus est, expiandi videlicet solius pœnarum temporalium reatus, quam necessitatem absolutam ipse Bellarminus defendere non est ausus, id quod itidem supra in Vindictis hujus ex Augustino testimonii circa hanc de Peregrinationibus ad loca Sanctorum Religiosis, non raro irreligiosis, Quæstionem contra Stalenum, prolixissimum earum defensorem est ostensum, ubi simul actum fuit de eo Augustini testimonio, quo vitus fuit Bellarmino Sanctus Pater has Peregrinationes Religiosas quibusdam commendasse. Chemnitii judicium de Augustini & aliorum quorundam Ecclesiæ Doctorum Sententia, quoad effectum disciplinæ, ut vocatur, Canonicæ, Bellarminus non tam iniquè debuit traducere, si ea attendere voluit, ut omninò debuit, quæ ad ejus explicationem addidit. Postquam enim citata Augustini, & similia Tertulliani, Cypriani, Ambrosii verba adduxit, notanter, ne videlicet in sinistram & heterodoxum detorqueantur sensum, sub-

junxit: *Talia sunt, quæ Salvâ Fide* (non solum Lutherana, ut Bellarmino videtur, sed Evangelico-Apostolica, & hinc verè Catholica) *nec possunt, nec debent*, sicut sonant, accipi & intelligi, id quod Gropperus, Scriptor Enchiridii Colonienfis, ipsi Bellarmino sub initium Tractationis de Pœnitentia inter ceteros, qui hoc argumentum contra hæreticos tractarunt, commendatus, fatetur. *Expiatio enim, propitiatio, ablutio, purgatio, redemptio & reconciliatio pro peccatis solius Christi meritum est, quod juxta Scripturam verbo & Sacramenti offertur & Fide accipitur.* Gropperus igitur tales Veterum hyperbolas non male imitatur hoc tropo, quod scilicet talis Disciplina fuerit incitamentum ad veram Pœnitentiam, in qua Fide propter Christi meritum peccata expiantur & abluuntur, & credentibus placatur DEUS. Bellarminus quidem in suis Recognitionibus ad libros de Sacramento Pœnitentiæ mox à principio scribit, hoc Enchiridion Gropperi tum hic, tum in præfatione libri de Matrimonio inter libros Catholicos posui. Sed quanquam ipse Vir Catholicus semper habitus est, in eo tamen Enchiridion non leves inveniuntur errores, ut indicavimus alibi, ut non sine lib. III. de causa is liber in Indicem prohibitorum sit redactus. At quos Bellarminus & Romani In- Justif. c. 3. quiritores pro erroribus habent, sine dubio errores esse non agnoverunt, quorum nomine illud Enchiridion scripsit, & quibus Vir Catholicus fuit, Posservino etiam nullius de eo suspitionis mentionem faciente, aliàs nihil omittente, quod ad hujus vel illius auctoris ullâ ratione suspecti notationem pertinere visum fuit. Neque etiam Bellarminus indicavit, ea, quæ Chemnitius exinde adduxit, inter Errores ejus non leves referri debere; omninò indicaturus, si contra mentem Patrum, quorum Sententias explicare studuit, in specie contra mentem Augustini, quidquam per errorem scripsisset, aliqua correctione dignum. Ut ad eò illud tam diu suum hic obtineat locum, quamdiu contrarium à parte adversariâ non fuerit sufficienter demonstratum. *Ultimum* quod refertur Augustini testimonium, quo Bellarminus pro ostendendo effectu patientiæ penarum temporalium utitur, nihil iterum præstat auxilii. Præter ea enim, quæ supra in Examine ejus ad Controversiam de Igne Purgatorio sunt dicta, hic solum notetur, nihil omninò illud continere, quod vel ad Satisfactiones Pontificias, vel ad Indulgentiarum nundinationem vi etiam adhibitâ trahi possit. Non ad illas, cum Augustinus ad mentem Regii Placitis agat de calamitatum à DEO impositarum passione, Bellarminus autem de Satisfactionibus & Satisfactionibus per homines tanquam Judices junctis. Neque verò etiam ad hanc, quæ hæc Satisfactiones & Satisfactiones intercedente Satisfactione pecuniaria redimi possunt, ut potè quam Augustino in mentem non venire nec venire etiam potuisse hætenus ita est ostensum, ut ad rem ipsam super amplius sit nihil, Satisfactione exhibita ad quævis, quorum usu vel potius abusu Bellarminus stabilire conatus est Indulgentias. Quæ enim alii habent post Bellarminum, & ut plurimum ex Bellarmino, paucis quibusdam additis, nominatim Josephus de Vojsin peculiari de Publico secundum Ebraeorum & Christianorum doctrinam Tractatu, ante annos non ita multos publicato, sæpius in hoc argumento ad Augustini provocans auctoritatem, ea ex dictis facile intelliguntur. Nunc ob signo hunc locum verbis Bellarmini notatu dignissimis, ac inusitatum candorem exhibentibus: *Sicut probandum non est quod aliqui pro, sed minus fortassis zelo de indulgentiis quibusdam ex causis levibus concessis obloquuntur, quod faciunt Johannes Gerson, Dominicus à Soto, Andreas Vega, quibus multo plures & Confessione Gerhardi Catholici possunt adjungi; sic laudandus merito est Clemens Octavus, Pontifex Maximus, quod Decretum Concilii Lateranensis sub Innocentio III. de moderandis indultis Indulgentiis, & Decretum Tridentini de revocandis Indulgentiis ad veterem & probatam Ecclesiæ consuetudinem executioni mandare studuit; Veteres enim parçissimos fuisse in conferendis Indulgentiis notissimum est.*

DE
EXTREMA UNCTIONE
LIBRI
CAPVT QVARTVM.

IN totâ hæc tractatione unicus tantum est locus Augustini, qui videtur esse genuinus, adque hoc Institutum pertinens; cætera, quæ Bellarminus ex eo adducit, proprio sunt judicio suspecta, atque hinc minus idonea, ex quibus aliqua instituatur demonstratio, ita insuper comparata, ut ad rem ipsam nihil aut parum conducant, id quod paucis ostendendum erit. Et quidem primò ad Innocentium hujus nominis primum Pontificem Roman.

Romanum provocat Bellarminus, disertis verbis mentionem hujus Sacramenti facientem, hæc cum observatione, quod fuerit Vir doctus & Sanctus, atque ab Augustino & aliis Ecclesie Doctoribus tum mirifice commendatus; Item quod Epistola hæc sit certa, & quod expressè ac clarè dicat, hæc Unctionem esse Sacramentum à Jacobo explicatum, & quod nullus unquam ex Veteribus Eum reprehenderit, quod Unctionem infirmorum esse docuerit Sacramentum. Addit, Testimonium hoc etiamsi extaret solum, sufficere deberet. Deinde ad Augustini ipsius auctoritatem veniens, tria ex Eo loca indicat huc pertinentia, nullo tamen verbotenus adscripto ex iis testimonio. Primus ex Speculo Eius est, de quo scribit, quod in Eo ex totâ scripturâ eas tantum Sententias exponens, quæ nobis omni tempore deserviant, adscripserit etiam Jacobi Sententiam, Infirmatur quis in vobis, &c. Secundus est ex Sermone de Tempore post ducentesimum decimo & quinto, ubi monet, ut qui ægrotant, Jacobi præceptum servant. Tertius est ex Opere de Visitatione infirmorum, de quo etiam Bellarminus agnovit, videri illud falsò tribui Augustino, existimavit tamen, negari non posse, antiquum & bonum librum esse. Alii addunt quartum ex Tractatu de rectitudine conversationis Catholicæ, ubi sequentia leguntur: Quoties aliqua infirmitas occurrerit alicui, non querantur Precantatores, non divini, non sortilegi, non carcerarii, (alii legunt, caragii,) neque per fontes aut arbores, aut bivvia phylacteria exerceantur; sed cum (alii legunt, qui) ægrotat, in solâ DEI Misericordia confidat, & Eucharistiam cum fide & devotione accipiat, oleumq; benedictum fideliter ab Ecclesiâ petat, unde corpus suum ungetur, & secundum Apostolum oratio Fidei salvabit infirmum, & alleviabit cum Dominus, non (fortè dicatur, initium ab Innocentio Pontifice per Augustinum commendato est faciendum, cujus verba à Bellarmino prætermissa in gratiam Lectoris huc adponi debent, nimirum sequentia: Quoniam de hoc consulere voluit Dilectio tua, adjecit etiam Filius meus Cælestinus Diaconus, in Epistola sua, esse à Dilectione tuâ positum illud, quod in Beati Apostoli Jacobi Epistola conscriptum est, Infirmatur quis in vobis, &c. quod non est dubium, de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto Chrismatis oleo perungi possunt, quo ab Episcopo confecto non solum Sacerdotibus, sed omnibus Christianis uti licet in suâ aut suorum necessitate in unguendo (aliâs legitur, ad unguendum.) Ceterum illud superfluum videmus adjectum, ut de Episcopo ambigatur, quod Presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco de Presbyteris dictum est, quia Episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si Episcopus aut potest aut dignum ducit aliquem à se visitandum, & benedicere & tangere Chrismate sine cunctatione potest, cujus est ipsum Chrisma conficere; nam penitentibus istud infundi non potest, quia genus est Sacramenti. Nam quibus reliqua negantur Sacramenta, quomodo unum genus putatur posse concedi? Hæc Innocentius, quæ Bellarminum verbotenus non expressisse alia non videtur causa, quam quod iis non usque adeò existimari debeat confilus fuisse, utut aliâs hoc testimonium Lectori insigniter commendavit, quasi id solum sufficere possit ad demonstrandum Extremæ Unctionis, prout hodiè in Romanensi Ecclesia est in usu, Sacramentum. Ut autem, quid de eo sit habendum, Lector paucis cognoscat, non prolixus ero in recensendis iis, quæ non planè nullos Eruditorum antehac moverunt, quo minus Epistolam hæc ab Innocentio Pontifice, ab Augustino tam mirificè commendato, profectam crederent, à Dalleo in hujus l. II. c. 9. argumenti opere ex aliorum quamvis Sententia recensitis, momenti certè non minoris, neque pro planè nihilo habendis, atque hinc accuratiori trutinâ non indignis; sed potius in brevem summam ex Eo contraham, quod inservire poterit ad docendum Lectorem, etiamsi in dubitatio essent Innocentiana, ad extremam, ut hodiè dicitur, Unctionem non pertinere. Uberius quidem illud constaret, si vel ipsius Decentii, vel Cælestini Epistolæ ad Innocentium super adhuc essent. Verùm quia nullibi eâ comparent, ex Innocentii Responso non ita difficulter divinari potest, quod earum fuerit argumentum. Nimirum, ut antehac circa Examen Sacramenti Confirmationis fuit observatum, inter cæteras Baptismales ceremonias fuisse etiam primis post Apostolorum tempora Seculis aliquam baptizatorum unctionem; ita ex sequenti etiam Controversia de Sacramento ordinis patebit, in Consecratione etiam Sacerdotali adhibitam fuisse illis temporibus unctionem aliquam, & hinc semper in Ecclesiis fuisse aliquod Chrisma adservatum, quo probabile videtur ulos fuisse quosdam in unctione ægrotorum, tale quid juxta Oraculum Jacobi desiderantium, ubi nondum omninò cessasse donum miraculosæ Sanationis quibusdam videtur. An id ritè & ad mentem Apostoli fiat, dubitare non sine causa potuit Decentius, Episcopi munere fungens, de eo nec immeritò sollicitus, ne quid præter officii

Epist. 1, ad
Decent.
cap. 8.

cap. V.

v. Voff. de
vit. Serm.
l. III, c. III.
p. m. 386.

l. II. c. 9.

vandam? Certè si hoc voluisset Innocentius, alio opus fuisset stylo, alià ratione *Decentio* rescribere debuisset. Sed non ea mens fuit Pontifici, quam ei adtingit Bellarminus, neque etiam esse potuit, si illius, quo vixit, temporis rationem ex debito consideremus. Privatas nimirum scripsit literas ad Episcopum non adeò procul à se viventem, sibi que tanquam Urbis Romanæ, non autem Orbis universi Episcopo cum aliis pluribus subjectum, non cum in finem, ut doceret, quid in administratione Sacramenti Unctionis extremæ fieri vellet, (*Decentius* enim Episcopus, si hoc Sacramentum Ecclesia jam tum habuit, scire debuit omninò, quid Episcopale munus à se requireret, & quid facto opus esset,) sed quid ad desiderium hujus vel illius ægroti posset fieri & facere liceret, nullo ad alios mandato, nullo cum cujuscuq; præjudicio, nullà etiam in futurum tempus præscriptione, quam non omisisset Innocentius, si id hoc Epistolio intendisset, adque styllum hodiernæ Romanensis Curia illud exarasset, omnes in univèrsum eo volens obligare. Et hinc, quia hæc Innocentii literæ vix Umbrià, vel si multum concedamus, Italia, imò si plus debito liberales esse velimus, Occidente exiverunt, sed, quod credere par est, intra limites debitos permanserunt, adeoq; non ita in multorum manus venerunt; non adeò certum omninòque indubium est, eas Augustino & aliis aliarum Regionum & locorum Episcopis cognitatas fuisse & lectas. Neque etiam, si viæ fuerunt, necessum erat, ut apertè se iis opponerent, ac earum Authorem reprehenderent in publico, quia res hæc nihil ad eos pertinere videbatur, quæ non nisi ad aliquam particularem Ecclesiam, & quidem loco Consilii alicujus privati fuerat perscripta. Quid si verò vel Augustinus, vel alii illius temporis Episcopi hunc morem unguendi ægrotos non reprehenderint quidem, at nec adprobaverint etiam? Illud pro se adducit Bellarminus, hoc contra illum urgere possunt Evangelici. Quamvis enim laudata ex Augustino in primis testimonialo alicujus ad probationis videri possent inservire, sequens tamen earum Examen aliud planè ostendet.

Primum certè per paucius est ad hoc demonstrandum, quidquid etiam Bellarmino videatur. Dicit quidem, esse illud ex eo desumptum libro, nimirum *Speculo*, quod tertio Ejus operum Tomo legitur insertum, in quo ex tota Scriptura eas tantum Sententias exponens, *quæ nobis omni tempore deser viant*, adscripsit etiam Jacobi Sententiam. Sic ita, quid inde? Anne sequitur, Doctorem Sanctum commendando verba Jacobi de unctione infirmorum precibus addita, confirmasse Sacramentum extremæ Unctionis, suo tempore in Ecclesia ignotum, quia nullibi nec ab ipsomet Augustino, nec ab alio Doctore coætaneo traditum? Verùm inseruit huic etiam *Speculo* Pater augustissimus verba Pauli de Dono linguarum, Prophetia, Fidei miraculosa; sequiturne ergò, Eum hæc dona olim extraordinaria suo etiam tempore tanquam ordinaria adscripsisse, ac ea sibi etiam adtribuisse? Absurdissimus sit omnium, qui tam ineptè argumentari velit. Præterea non paucas in eodem *Speculo* ex libris Exodi & Levitici habet Leges Augustinus, ad quas tamen in Novo Fœdere Christianos non obligatos esse certum est, nisi quatenus ex Jure naturali deducuntur; & Judaismum reintrodúcere videri posset, qui ob id, quod Sanctus Pater aliquam earum in *Speculo* fecit mentionem, eas hodiernum ad Christianos pertinere vellet evincere. Neque tamen hæc inutiliter vel in ipsis Scripturis Sacris, vel in aliis doctorum Ecclesiæ tractatibus proponuntur & explicantur; nimirum ut partim Oeconomia Veteris Testamenti, partim Ratio Status Novi exindè cognoscatur, & illius quidem respectu DEO grates debitas dicamus, quod nos Christianos à jugo Legis Mosaicæ, quatenus solos Israelitas ea sibi habuit subjectos, satis gravi & oneroso, per Filium omni in univèrsum Legi, & debito ex ejus transgressione profecto satis ex asse facientem gratiose liberarit; hujus autem ter & quater, imò amplius nosmetipsos prædicemus beatos, utpote ad eam Christi mediatoris unici cognitionem salvificam ex Evangelii gratiosa revelatione perductos, quæ tot tantisque Miraculis per univèrsum Orbem numero fere innumero factis ad multorum millium æternam Beatitudinem fuit confirmata & obfignata. *Accedit*, quod prætermittendum non est, alia in his Jacobi verbis ab Augustino citatis esse, quæ ad observationem commendare potuit Doctor Augustinus, videlicet, quæ de precum efficacità & benignâ peccatorum remissione ibi Apostolus habet, extra omne dubium ad omnes & singulos pertinentia. Et quia, ut dixi, Augustinus hæc Jacobi verba nudè tantum recensuit, nulla eorum adplicatione factâ ad præsentem illius temporis in Ecclesia statum, non nisi absurdissime Bellarminus hanc citationem ad Extremæ Unctionis Sacramentum, illo tempore, ut jam monui, ignotum traxit, non tracturus, si rem accuratius perpendisset.

Jam

Jam quod cætera attinet testimonia, certum est, ea Augustinum non agnoscere Patrem.

Et quidem ordine secundum, ex numero Sermonum de Tempore desumptum, de quibus ipse Bellarminus non usque adeo est certus, comet ipso posset esse suspectum, si quid de Extremæ Unctionis Sacramento exhiberet. Sed NIHIL IN EO HABERI ILLUC PERTINENS, verborum, ad quæ Bellarminus respexit, tenor ostendit, qui sic habet: *Quoties aliqua Infirmitas super venerit, corpus & sanguinem Christi ille accipiat, qui aegrotat, & inde corpusculum suum ungat, ut illud, quod scriptum est, impleatur in eo, Infirmatur aliquis, &c. Videte, Fratres, quia qui in Infirmitate ad Ecclesiam cucurrerit, & commatur aliquis, &c. Videte, Fratres, quia qui in Infirmitate ad Ecclesiam cucurrerit, & commatur aliquis, &c. Videte, Fratres, quia qui in Infirmitate ad Ecclesiam cucurrerit, & commatur aliquis, &c.* *Videte, Fratres, quia qui in Infirmitate ad Ecclesiam cucurrerit, & commatur aliquis, &c. Videte, Fratres, quia qui in Infirmitate ad Ecclesiam cucurrerit, & commatur aliquis, &c.* Nemo non videt, per omnia ferè similem esse hunc locum cum eo, quem supra quartum ex tractatu de Rectitudine Conversationis Catholicæ stitimus, proximo itidem Examini submitendum. At, quid quælo iterum ex hoc testimonio ad Extremæ Unctionis Sacramento? Nihil omninò. Monet quidem in eo Augustinus, vel quicumque Author est hujus Sermonis, ut, qui aegrotant, Jacobi præceptum servent. Sed, num hoc est Extremæ Unctionis Sacramento agere. Verùm neq; Jacobus Probandum erat prius, Jacobum ibi de hoc Sacramento agere. Verùm neq; Jacobus de eo locutus est, neq; hujus Sermonis Augustini nomen præ se ferentis Author ullam de eo locutus est, Imò si utriusque verba attentè consideremus, de aliâ unctione, ejus fecit mentionem. Imò si utriusque verba attentè consideremus, de aliâ unctione, ejus fecit mentionem. Imò si utriusque verba attentè consideremus, de aliâ unctione, ejus fecit mentionem. Imò si utriusque verba attentè consideremus, de aliâ unctione, ejus fecit mentionem.

Tertium nunc sequitur ex Augustino testimonium, ex tali libro desumptum, quem ipse Bellarm. falso *videri Augustino tribui* ulterò agnoscit, utur negari non posse existimet, antiquum esse eum & bonum. De antiquitate non est, ut quidquam dicatur, cum ab utraq; parte sit indubium, non pauca esse Scripta etiam antiqua, quæ nullû planè veniunt in certum, nullog; æstimantur pretio. Ergò de bonitate ejus superest, ut breviter videamus. Unum verò sufficiet specimen, ex quo de cæteris judicium formati poterit. Talem igitur inter alia casum Scriptor Operis de Visitatione infirmorum exhibet: *Audi vit quidam ex minus eruditus Sacerdotibus confessionem tuam, videt infirmitatem tuam, nescit tamen res hujusmodi lance aquâ pensare, ignorat, quia velox Medicina subitaneis Infirmitatibus vel in extremopositis sit necessaria, respondet egroti, Frater, si super vixeris, ita jejuna, ita fac Elemosinâ, ita ora. Hac tamen omnia benè dixit, sed errorem impium animadverte. Si autem ex hac infirmitate morieris, ne Anima tua DEO videatur impoenitens, per obedientiam injungo tibi quatenus Anima tua vel totam Septimanam, vel integrum Annum, vel tantum temporis patientiam, quam meruisti, in Penitentia post mortem tuam sit. Examina hæc Lector ad analogiam Fidei, quam Augustinus in genuinis Tractatibus suis proposuit, & judica, an bonitatem*

tatem Augustinianam in se continent? Sed & ipsa verba, ad quæ Bellarminus hic respectum habuit, id non probant, quod probare debebant. Ea sunt sequentia: *Non prætendendum est illud Apostoli præceptum, Infirmatur quis in vobis, &c. Ergo sic roges de te, & pro te fieri, sicut dixit Apostolus, imò per Apostolum Dominus. Ipsa videlicet olei sacri delibutio intelligitur Spiritus Sancti typicalis unctio.* Verùm neque hic Scriptor expressit, quale illud sit oleum, num aliud ab eo, quod in unctioe baptizatorum, & ad ministerium Ecclesiæ consecratorum antehac adhiberi fuit solitum? Neque etiam indicavit, an hæc unctio ab Episcopo, an ab alio quodam Sacerdote vel Presbytero, vel etiam aliquo homine Laico fieri debeat, & quam supra ex Arcudio observavimus Distinctionem, Sacramentalis, an extra Sacramentalis ea fuerit? Certè si & hic ipsam Jacobi, & hujus quoque Interpretis mentem indagemus, hanc potius utrumque, quàm illam respexisse constabit, pro quâ tamen Bellarminus pugnat, in vanum quamvis, qui dum in probatione hujus Sacramenti quartum omisit testimonium, ex libro de *rectitudine conversationis Catholicæ*, defuitum, ab aliis in argumenti hujus tractatione laudatum, benè fecit, melius tamen facturus, si & ab antecedentium, utpote huic Instituto parum aut planè nihil interuentium commendatione abstinuisset.

Ut autem de hoc etiam testimonio aliquid dicatur, quia aliis eo tanquam Augustini in hac Quæstione uti placuit, de eo in antecessum jam monui, simile illud ferè per omnia esse ei, quod Bellarminus primo statim loco adduxit, ex Sermone quodam de Tempore, ex ipso Bellarmini iudicio non indubitato, id quod etiam de Tractatu, ex quo ultimum hoc laudatur testimonium, dici potest & debet. Ostendit enim laudatus ante *Dallæus*, verbis *Sermonis*, esse eum ex veterum Exemplarium consensu *Eligii*, Noviomenis Episcopi, teste etiam *Audano*, Rothomag. Præposito, Vitæ *Eligii* Scriptoris, cujus etiam Bellarminus in recensione Scriptorum Ecclesiæ meminit. Præter ea autem, quæ ad primum ex Sermone de Tempore testimonium sunt dicta, hic insuper ad eorum confirmationem notetur, quod idem *Dallæus* contra *Esthium* observavit, ex eo constare, *licuisse* *agrotis* antehac *semet ipsum oleo inungere*, id quod *Arcudium* quoque ex *Innocentii* testimonio demonstrasse vidimus. Etsi enim author hujus Libri in passiva significatione hanc unctioem agrotorum descripsisse videatur, dum communiter hodie legimus, ut, *qui ægrotat, oleum benedictum fideliter ab Ecclesiâ petat, undè corpus suum ungetur*; testatur tamen *Dallæus* Thomam *Waldensem*, Scriptorem suo tempore, id est, proximo ante Reformationem Evangelicam Seculo celeberrimum & singulari Elogio ab ipso Bellarmino & aliis commendatum, legisse hæc verba in significatione activa, *ut corpus suum unget*, qua etiam in Sermone illo de Tempore extant, ex quo primum Bellarminus laudavit ordine testimonium. *Accedit*, quod idem *Dallæus* ibidem monuit, requirere hanc Lectionem in significatione non passiva, *ungetur*, sed activa, *unget*, Sermonis latini rationem, qua puriori *Eligius* uti soleat, cum non planè nullum sapiat barbarismum, ad sequentia rejiciendum Secula, si legatur passivè, *ut corpus suum*, quod legi deberet, *ejus ungetur*, nisi active scriptum defendatur, ad quem, ut dixi, modum locus ex Sermone de Tempore parallelus, & quod videtur, hinc transcriptus exhibet, ut pro uno fere & eodem non sine causa debeat haberi. Et nunc vides, optime Lector, nihil vel ex ipso Augustino, Ejusve Scriptis indubitatis, vel ex iis etiam, quæ Sancto Patri perperam adscribuntur, posse commendari, quod ad confirmationem Sacramenti extremæ Unctionis faciat. Imò si genuina augustissimi Doctoris Scripta cum aliquo evolivamus studio, non plane nulla occurrent, quibus manifeste satis poterit doceri, ignotum fuisse illo tempore in Ecclesia hoc Sacramentum. Non præter rem erit, si uno & altero Specimine id ostendatur; ne frustra vel in speciem hoc dictum videri possit.

Primum desumi poterit ex libro de *Heresibus*, in quarum recensione meminit quorundam *Heracleonitarum*, ab *Heracleone* quodam, *Valentiniani* Dogmatis defensore & discipulo denominatorum, sequentia de iis narrans: *Feruntur morientes suos novo quasi modo redimere, id est, per oleum, Balsamum & Aquam, & Invocationes, quas Ebraicis dicunt verbis super capita eorum.* Non ex jure talionis hic prolixius agam, ostensurus, potiori jure Romanenses, quàm Evangelicos accusari, quod non pauca ab hæreticis dogmata sumserint mutò, utpote quod ex præsentis documento est satis clarum, ac alibi plenis docetur Commentariis. Hoc tantum ex Instituti ratione paucis moneo, si extremæ Unctionis Sacramentum Ecclesia tum jam habuisset, Augustinus vix ac ne vix quidè contemere se potuisset, quin hujus unctiois hæreticorum ab unctioe Ecclesiastica differ-

cap. 4.

L. cit. pag. 108. conf. ibid. p. 113. & 115.

de usu Patrum. L. I. cap. 4. p. m. 89.

Vid. D. Dannh. Christ. A. 1.

tiam pag. 119.

tiam exposuisset, ne Simpliores & rerum inexperti putarent, in Ecclesia unctionem morientium fieri ad imitationem hæreticorum, id est, ab iis Ecclesiam accepisse. Quia verò Augustinus hanc rem omnimodo involvit silentio, & ne verbulo quidem ejus facit mentionem, credere non impar est, non agnovisse tunc Ecclesiam tale aliquod Unctionis extremæ Sacramentum. *Secundum* non agnitæ Augustini tempore unctionis extremæ documentum esto, quod Augustinus in *Confessionum* libris amplissimè & cum pluribus circumstantiis describens mortem *Monica*, Matris dilectissimæ, antecedenteque morbum mortis proximæ instantis nuntium & prodromum, recensendo & ab illa & cum illa, etiam à se dicta & facta, nullam planè fecerit mentionem illius extremæ unctionis, eam non prætermisurus, si tùm in ulu, ac Matri adplicata fuisset. Accedit, quod in describendo Augustini ipsius morbo lethali *Possidius* varia memorans, quæ notatu non indigna fuerunt visa, de unctionis extremæ Sacramento nihil quoque habeat: omninò illud narraturus, si Augustinus eo sibi ex Instituto ejus, cujus solius est, Sacramenta instituire, opus esse judicasset. Estque hic non prætermittendum, quod laudatus vitæ Augustini Scriptor ibi tanquam rem non negligendam recenset, verbis sequentibus: *Scio, ad egrotantem & lecto jacentem Augustinum, quendam cum suo venisse egroti, & rogavisse, ut eidem imponeret manum, ut sanus esse posset. Eumque, scilicet Augustinum, respondisse, si aliquid in his posset, sibi hoc utique primitus præstitisset. Illumque, id est, egroti amicum, dixisse, visitatum se fuisse, sibi que per somnium esse dictum, vade ad Augustinum, ut eidem imponat manum, & salvus erit. Quod cum comperisset Augustinus, facere non distulit, illumque infirmum continuo Dominus sanum ab Eodem discedere fecit.* Si illo adhuc tempore unctio egrotorum miraculosa, nimirum conjuncta cum sanatione, de qua Jacobus agit, & quam cum unctionis extremæ Sacramento eandem esse volunt Papæ doctores, viderent in Ecclesia, adeoque Episcopi hoc miraculosa sanationis dono fuissent prædicti, Augustino tergiversari, & manuum impositionem, ceremoniam huic unctioni non improbabiler adjunctam, egrotanti denegare licitum non fuisset, aliàs promissis, & semper paratissimo ad expedienda officii Episcopalis munera.

Inter id temporis, ex quo hæc contra Bellarminum sunt scripta, *Launojus*, Sorbonista Parisiensis, satis prolixum edidit Librum de *sacramento unctionis infirmorum*, in cujus primo statim capite, inter cætera Antiquitatis documenta, præter locum è Sermone post ducentiesimum & decimum quinto de Tempore, quem Bellarminus etiam objicit, sed, uti Examen ostendit, frustra & in vanum, provocavit quoque ad testimonium *Possidii*, in libro de Vita Augustini hæc scribentis: *In visitationibus modum tenebat ab Apostolo definitum, ut non, nisi pupillos & viduas in tribulationibus constitutas visitaret; & si forte ab egrotantibus ob hoc peccaretur, ut pro eis in presenti DEUM rogaret; eisq; manus imponeret, sine mora pergebat.* *Launojus* hanc subjungit Glossam, *His verbis respectum habet ad duo, ad Marci Evangelium, ubi egrotis manus imponunt Apostoli; & ad Epistolam Jacobi, in qua pro infirmis oratur. Et quamvis Author omittat unctionem, Augustinus tamen non omittebat eam, quoniam quod egrotis impendebat officium, ad Apostolorum exemplum & Jacobi præscriptum impendebat.* Hæc Sorbonista, ut confirmet Augustinum suo tempore hunc unctionis ritum Sacramentalem suo etiam Exemplo confirmasse. Sed miror, disputatorem hunc aliàs & alibi accuratissimum, Veritatisque Historicæ in non paucis quam maxime strenuum indagatorem, hæc Scriptoris Augustiniani verba non ita ponderasse, uti causæ præsentis ratio videbatur requirere. Ut enim non urgeam prolixè, etsi omnia se haberent rite, prout non Textus quidem, sed tantum Glossa perhibet, non tamen inde ratio *Sacramentalis* posset confici: id præsertim venit attendendum, quod *Possidius* in describendo hoc Augustini ministerio ad duplex Præceptum Jacobi respexerit, quorum prius in primo, posterior in ultimo capite Epistolæ ab Ipso scriptæ legitur, Augustino utrumq; in visitationibus pro diversa ratione personarum observante. De suo autem addit *Launojus*, quod non obstante unctionis ritu ad Apostolorum exemplum, & Jacobi præscriptum esse usum; quod tam diu dubium, hocque testimonium inter *argumenti negantis* exempla, quæ peculiari Tractatu satis copiosè collegit, quamdiu contra Antagonistam defendit *Launojus*, manet suumque occupat locum, quamdiu sufficiens ratio non potest indicari, cur *Possidius* Vita Augustini Scriptor laudatus precum, & impositionis manuum faciens mentionem omiserit unctionem, quæ tamen plebisque potissima pars hujus Sacramenti videtur, & in qua *formalis* ratio ejusdem sita, vel aptior ex Augustino locus proferatur, unde possit constare, Sancti. Doctorem hoc

hoc unctionis ritu usum, eundemq; aliis etiam commendasse. Cæterum grati accipiunt Evangelici, quæcunque Scriptor hic Sorbonicus in Tractatu hoc de *vario*, uti ipsemet sub initium Dedicacionis agnoscit, Unctionis ordine, per posteriora præsertim Secula, studiosè ex Authoribus non semper obviis in ordinem redegit, utpotè quorum accuratior consideratio hanc rem totam non parùm facere potest suspectam, quasi humanâ solum autoritate nitatur, non autem divinâ, utpote tot mutationibus & additionibus obnoxiam. Nostris etiam infervit usibus, quod peculiare observatione stitit Lectori, *Disciplinam ungentorum infirmorum primis Ecclesie seculis infrequentiore fuisse, quam posterioribus.* Quamvis enim videatur causas satis prægnantes in medium producere, ob quas hic unctionis ritus sit omisus, triplici nimirum respectu, & *penitentium, & Martyrum, & Sanctorum*, quorum numero fortè etiam Augustinus veniret adnumerandus, non pauca tamen obstant, quæ insufficientiam harum causarum possunt evincere. Si enim Ecclesia potuisset ordinem observare in disciplina eorum, qui peccatis enormibus Scandalum infirmis præbebant, præscriptum videlicet ab ipsomet Christo, & ab Apostolis observatum; quidni potuerit etiam observare ordinem *unctionis ægrotorum & morientium*, si modò certa fuit, eum quoque à Christo mandatum, Exemplisque apostolorum ad imitationem fuisse confirmatum. Præter id, quamvis numerus ferè fuerit innumerus *Martyrum*, qui Professionem Fidei inter gravissimos etiam cruciatus & tormenta varii generis & speciei, Sanguinis effusione & Morte tandem constantissimè & fortiter subitâ obsignarunt, constat tamen è documentis fide dignis, cæteros fideles, quos Deus tanquam Semen sanctum, itidem numero non plane nullo, sed grassantibus adhuc Persecutionibus semper augmenta capiente super esse voluit, ne Christo Regi ad dextram Patris sedenti, & in medio hostium dominanti deessent subditi, Nomen Ejus Sanctum adorantes, etsi à publicis cœtibus prohibitos, in privatis tamen, occultis & *subterraneis* congregationibus, quarum vestigia Romani hodiernum ostendunt & ostentant, nihil eorum intermisisse, quæ ad cultum DEO debitum, charitatemque proximo exhibendam videbantur necessaria, neque permisuros, ut morituri quam maxime auxilium & solatium expectantes, quidquam ad Artem bene beateque moriendi pertinens jure possent desiderare aut se à Fidei confortibus in hoc ultimo Necessitudinis articulo desertos conqueri. Quæ de *Sanctis* adduntur, falsâ nituntur hypothesi, quasi sint in hac mortali vita homines, qui *Penitentia*, atque sic etiam remissione peccatorum non indigeant, Augustinus certe tam procul remotus fuit ab hac opinione, ut idem *Possidius* testetur, Eum inter Colloquia familiaria dicere consuevisse, *post Baptismum receptum etiam laudatos sacerdotes & Christianos absque digna, & competenti Penitentia exire de corpore non debere*, Ipsumque id fecisse ultima, qua defunctus est, ægitudine, *jussisse enim sibi Psalmos, qui sunt de Penitentia scribi, ipsosque quaterniones jacentem in lecto contra parietem positos diebus infirmitatis suæ intuitum legisse, & jugiter ac ubertim flevisse.* Hæc contra Launojum, è quo plura ad hoc argumentum bono cum DEO aliàs.

DE

Ordinis Sacramento:

CAPVT TERTIVM, QVINTVM, NONVM ET
DECIMUM.

Quatuor in primis Quæstiones controversas ventilat hic Bellarminus, adducta præsertim Augustini autoritate, quæ tamen ita inter se connectuntur, ut simul & semel possint, & breviter quidem tractari, totaque res paucis quibusdam observationibus expediri. De prima Quæstione, *an ordinatio sit sacramentum*, hæc ad Institutum præfens habet Bellarminus: *Augustinus probat contra Donatistas, Sacramentum ordinis semel habitum amitti non posse, quia Baptismus semel acceptus amitti non potest, scribens: Explicent, quomodo sacramentum baptizati non possit amitti, & Sacramentum ordinati possit amitti? Si enim utrumque sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur, & hoc amittitur? Neutri Sacramento injuria est facienda.* Similia habet alibi, inquit Bellarminus, addens, in his locis esse quædam observanda. *Primò, ordinationem ab Augustino vocari Sacram. in duobus capitulis forte decies, contra mendaciû Lutheri, in libro de Captivitate Babylonica adferentis, solum ex antiquis Authoribus Dionysium citari posse pro ordinis Sacramento. Secundò, Augustinum conferre ordinationem cum Baptismo, atque apertissime dicere, eodem modo utrumque Sacramentum esse,*

L. II. con-
tra Parm.
cap. 13.Lib. 1. de
Bapt. c. 13.

Lll 2

esse,

esse. Tertiò, eundem Augustinum adserere, neminem esse, qui dubitet de hac veritate, quod est contra alterum Lutheri mendacium, docentis, recentem esse Sacramentorù, & hinc etiam ordinis, quoad nomen Sacramenti inventionem. Et præterea, *subjungit Bellarminus*, est hic locus instar plurium. Si enim Augustinus non mentitur, omnes ejus temporis Authores, imò etiam omnes populi id credebant, quod nos modò credimus. Post tria adhuc alia Augustini loca citat Bellarminus quasi huc pertinentia, cum iteratâ provocatione ad primum ex Eo testimonium, docente ibidem, *per hoc sacramentum dari Sp. Sanctum*, ex quo etiam colligitur, inquit Bellarminus, *eam Ceremoniam Sacramentum esse propriè dictum*. Ad secundâ Quæstionis, in quâ Ordinationem in specie Episcopalem esse Sacramentum, contra veteres quosdam & recentiores Scholasticos demonstrare nititur, confirmationem, præter aliorum Patrum, laudata etiam Augustini testimonia conducere existimat Bellarminus, utpote de solis intelligenda Episcopis, *quia Veteres nomine Sacerdotis absolutè intellexerint Episcopum*. In tertiâ Quæstionis tractatione, circa formam hujus Sacramenti, quam dicit esse *verba*, quæ dicantur, *dum signum sensibile*, quod pro materiâ hujus Sacramenti habet, (& duplex statuit, videlicet impositionem manuum & porrectionem instrumentorum, patinæ nimirum & calicis in Presbyteratu, & libri Evangeliorum in diaconatu,) *exhibetur*, Augustini iterum autoritate utitur, post Ambrosium & Hieronymum *verba* aperte requirentis, *Quarta* superest Quæstio de effectu hujus Sacramenti, potestate nimirum spirituali eâ que perpetua, id est, impresso & hinc indelebili *charactere*, quem ut ex Augustino ostendat, sequentia duo Eius testimonia producit. Prius ita habet: *Utrumq; Sacramentum est, & quâdam consecratione datur; illud cum baptizatur, istud cum ordinatur. Idè in Ecclesiâ Catholicâ utrumq; non licet iterare*. Posteriùs autem hunc in modum: *Si fiat ordinatio Cleri ad plebem congregandam, etiam si plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis ordinatis Sacramentum ordinationis, & si aliquâ culpâ quis ab officio removeatur, Sacramento Domini semel imposito non carebit, quamvis ad judicium permanente*. Bellarminus addit loco tertiù, Augustinum in laudato Sermone de gestis cum Emerito ipsum etiam nomen *charactervis* ponere, ob quem dicat, *non posse iterari ordinationem*. de his ut breviter quidem, sed ordine agatur, quod primam attinet Quæstionem, an ordinatio sit Sacramentum, videlicet propriè sic dictum, & in eâ significatione, quâ Baptismus & Eucharistia ab utraq; parte dicuntur Sacramenta; quid de eâ haberi debeat, supra prolixè in ventilatione Quæstionis de numero Sacramentorum est ostensum, nimirum, si omnia pro Sacramentis propriè dictis in Ecclesiâ sint agnoscenda, quæ solus tantum Augustinus hic & ibi in suis Tractatibus variis hoc nomine recensuit, Septenarium nimis angustum fore, ac numerum eorum in multum irritum. Et hinc neq; Evangelici ordinationem negant esse Sacramentum, id est, sacram & non profanam actionem, à DEO, qui est Sanctus sanctorum, in Ecclesiâ bonum, quæ audit communio Sanctorum, institutam, Sacris Ceremoniis perficiendam, quâ homines certi ab aliis ad Sacras functiones segregantur, donisq; ministrantibus è Cælo donantur, ut Nomen DEI sanctificetur, Eiusq; regnum in hac terra conservetur. Comparatio hujus Sacre ordinationis cum Sacram. Baptismi ab *August.* facta non necessariò requirit, ut eo respectu sit Sacram. quo Baptismus, sed ad hoc modò tertium refertur, ut quemadmodum Baptismus, à quocunq; in Ecclesiâ etiam Schismatica conferatur, rati habendus sit, & Gratia per eum collata, ob id, quod per hominem malum fiat, non amittatur, & hinc ipse Baptismus iterari non debeat; ira etiam ordinatio Sacra ab homine itidem Schismatico collata rati debeat haberi, & Gratia per eam concessa idè non amittatur, neque ipsa ordinatio sit iteranda, ne Sacramento, id est, Sacre actioni aliqua inferatur injuria, si videlicet Verbum DEI frustra ibi dicatur adhibitum, de quo *quarta* agit Quæstio. Et si igitur decies Augustinus locis à Bellarmino laudatis, vel etiam centies ordinationem dixisset Sacramentum, id est, ut dixi, sacram actionem; nihil tamen obtineri posset indè pro significatione propria, nisi simul ea etiam in Sacramentorum propriè dictorum veniant centum, quæ Augustinus alibi non parce, sed satis liberaliter hoc Elogio designavit. Neque mentitus est *Lutherus*, cum solum ex antiquis Dionysium pro Sacramentorum septenario, vel potius senario, quia omisso Matrimonii Sacramento sex tantum recenset, haberi scripsit; nullus enim produci potest antiquus & verè probatus Author, qui Sacramenta eo ordine ac eâ serie, quo apud *Dionysium*, (de quo *Lutherus* loco per Bellarminum citato non malè judicavit, *nihil ferè in eo solida Eruditionis esse*,) exhibentur, recensuerit. Quod verò addit *Lutherus*, *Nihil prorsus inrelligunt Patribus de illis Sacramentis legimus, nec sacramenti nomine censuerunt, quos de iis verbis*

Serm. de
gestis cum
Emerito.

L. II. con-
tra Parm.
cap. 13.
de Bono
conj. c. 24.

is rebus sunt locuti; recens est enim inventio Sacramentorum, id quod laudatis Augustini testimoniis contrarium esse putat Bellarminus, ubi in specie Ordinatio non semel Sacramentum dicitur, & ut vidimus, in non planè nullà re cum Sacramento Baptismi comparatur; præter jam monita sciri debet, *Lutherum* quoque de mutata vocis Sacramenti notione & significatione, antehàc ampliori & generaliiori, hodiè autem restrictiori esse locutum, videlicet, antiquos Ecclesiæ doctores, & inter eos *Augustinum*, Sacramenti nomine non censuisse Ordinationem in specie, eo nimirum sensu, quo hodiè Sacramentum dicitur, quem esse recentem, id est, ab antiquitate Apostolicâ non proveniente, nemo dubitabit, qui, quæ supra de hoc nomine ex *Augustino* fuere dicta, revocabit in memoriam. De suo autem addit Bellarminus, quando in *secundâ* ad dicta Augustini testimonia notatione monet, *apertissime Augustinum dicere, eodem modo & Baptismum & Ordinationem esse Sacramenta*; quod non aliud meretur Responsum, quàm si iisdem utamur verbis, Bellarminum apertissime falsum dicere. Dicit quidem Augustinus, *utrumque, & Baptismum & Ordinationem esse Sacramentum*; non verò dixit, eodem modo, quod Bellarminus, ut dixi, de suo addidit. Insuper, quod *neminem de eo dubitare* scripsit Augustinus, *& Baptismum & Ordinationem esse Sacramentum*, Bellarmino iterum *Luthero* quasi contrarium adferenti mendacium impingente, ex jam dictis facile potest intelligi, nimirum & hoc esse dictum ad sensum hujus vocabuli illo tempore, quo Augustinus scripsit & docuit, in Ecclesiâ usitatum, *Luthero* ad sensum hodiè receptum respiciente, quod semel notasse contra universam hanc Sacramentalem structuram proderit, ne Bellarminus obtineat, quod ex hâc Augustini phrasælogiâ contendit, omnes Augustini tempore in Ecclesiâ Doctores, & hinc omnes quoque populos credidisse, quod Romanenses hodiè credunt, videlicet, *Ordinationem esse Sacramentum propriè dictum*, quod tamen inter plures etiam post Augustini tempora Scriptores, in primis, qui dicuntur, Scholasticos, non usque adeò & omni planè modo indubitatum fuisse, ex iis constabit, quæ nunc ad *secundam* Quæstionem de *ordinatione Episcopali* in specie observabuntur, quam verè ac propriè Sacramentum esse, Bellarminus ipse fatetur, non solum veteres quosdam Scholasticos, sed & ex recentioribus *Dominicum à Soto* negasse, id quod etiam in *Vindiciis Anti-Ottonianis & Anti-Thomisticis* est indicatum. Digna sunt autem, quæ hic non præmittantur, quarum in hâc Quæstione aliquam *recognitionem* judicavit necessariam Bellarminus, utpote ex quibus patebit, quid de Augustini auctoritate ab Eo hic commendata sit habendum.

Et *primò* quidem, dum contra Scholasticos veteres pariter & recentiores, ordinationem in specie Episcopalem negantes esse Sacramentum, *verè scilicet ac propriè dictum*, ad alios provocavit, idem adfirmantes, & inter eos ad *Cajetanum* quoque, ita post correxit pennam, scribens: *Dixi, Cajetanum admisisse, Episcopatum esse Sacramentum. Quamvis autem hic Author non expressè nominet Sacramentum, sed ordinem, videtur (vel potius non videtur) tamen omninò idem sensisse, quod nos diximus; qui enim negant, Episcopatum esse Sacramentum, iidem negant, esse ordinem. Nam cum ordo Presbyteratus sit Sacramentum, sine dubio Episcopatus, qui Presbyteratu major est, aut non est ordo, aut etiam est Sacramentum; alioquin ordo superior non esset Sacramentum, & ordo inferior esset Sacramentum. Et contra, qui docent, Episcopatum esse Sacramentum, iidem docent, esse ordinis Sacramentum, ac per hoc ordinem; alioquin plura numerarentur Sacramenta, quam septem. Præterea, ubi dixit, Episcopatum & Presbyteratum esse unum ordinem, sed genere, non specie; & iterum, Presbyteros & Episcopos esse duas species Sacerdotum, rectius dixissem, inquit, unum esse ordinem, sed diversos gradus; nam tam Episcopus, quàm Presbyter est & dicitur Sacerdos, sed ille major, iste minor. Quare in libro Pontificali, ubi traditur ritus ordinandi Presbyteros, dicuntur Presbyteri ordinis secundi Sacerdotes. Tandem, ubi in eadem hâc Quæstione docuit, septem ordines unum esse Sacramentum, vel genere, vel quia ad unum omnes finem referuntur; in *recognitione* monet, illud, *vel genere*, omitti potuisset. Nam ut *Thomas* rectè docet, ordinis Sacramentum non est unum universale, quod dividatur in species; nec integrale, quod dividatur in membra, sed unum potestativum, quod plenè reperitur in ordine Sacerdotii, in aliis per participationem, ut ad sacerdotium referuntur. In harum recognitionum examine per ea facillimo, quæ in citatis modò *Vindiciis Anti-Ottonianis & Anti-Thomisticis* ex recentiorum quorundam observationibus fuerunt adducta, hic non cum fastidio Lectoris repetenda, utut ex aliis amplificanda, si id Instituti Ratio permitteret; præter id, quod inter novissimos Hierarchiæ Encomiastas & Descriptores *Columbus*, in Opere satis splendido de *Angelica & humana Hierarchiâ*, de ordinibus quatuor minoribus agnovit, inter Theologos juxta*

Fidem non constare, utrum à Christo vel ab Ecclesiâ sint instituta, & consequenter, an sint Sacramenta, quoad illud ad Bellarminum & Vasquezium, quoad hoc verò ad Lombardum, Durandum, Cajetanum, aliosque plures magni nominis Doctores provocans; id insuper venit circa ordinationem in specie Episcopalem, de qua in hac Quæstione agitur, notandum, non ita facile videri responsum ad argumenta eorum, qui eam negant esse Sacramentum propriè & verè dictum, id imprimis, quod de caractere ejus formatur distincto à Sacerdotali vel Presbyterali. Bellarminus id numero & ordine tertium hunc in modum format: Si Episcopalis ordinationis est Sacramentum, caracterem certè imprimit. Vel ergo is caracter est major presbyterali, vel non. Si major, ergo est aliquid majus potestate consecrandi Eucharistiam, quod omnes negant; & præterea hinc sequeretur, esse ordinem aliquem Sacerdotali altiore, qui jam deberet numerari octavus. Si non major est, ergo Episcopus ut Episcopus non est major Presbytero, sed æqualis, vel potius minor, quia nullus caracter æqualis est Sacerdotali. Respondet quidem, Characterem Episcopalem integrum & perfectum esse majorem Presbyterali, qui illum includit, & unum præterea alium; & hoc modo comparamus, inquit, Episcopus cum Presbyteris, cum dicimus, alios esse superiores, alios inferiores. Si tamen quis conferat caracterem, quem habet Episcopus ex ultima consecratione sua, cum caractere, quem habet ex ordinatione Presbyterali, tunc iste est major intensivè, quia summa potestas est, posse Eucharistiam consecrare; ille est major extensivè, quia ad plura se extendit. Verum hæc non omni ex parte rem conficere, illi docent, qui de alio responsi genere tuere solliciti,

Tom III. nominatim Vasquez, qui ad Quæstionem, quam huic præmittit, *an caracter impressus in III. Sacerdoti per præcedentem calicis traditionem extendatur per manus impositionem?* juxta part. Th. principia, quæ sequitur, ita respondet: *Quia caracter non potest esse in specie naturalis Disp. 239. num. 57. potentia, neg. principium operandi, ac proinde debeat esse in specie habitus & dispositionis non ad aliud, hoc est, ad operationem, sed ad se, hoc est, quæ subjectum bene se habeat: idcirco existima, necessarium non esse, distinctum caracterem per impositionem manuum & verba, accipite Spiritum Sanctum, &c. produci, neque eundem extendi, sed satis esse ei, qui talem habet caracterem, & priorem potestatem, nempe consecrandi, ei annexam, conferri aliam ad absolvendum. Hæc autem potestas, sicut & prior, supra caracterem nihil aliud addit, nisi relationem destinationis Divinæ ad hoc aut illud ministerium, quæ est extrinseca denominationis, ac proinde in re denominatâ relationis ex fundamento reali, tanquam à formâ extrinseca proveniens, sicut in aliis etiam accidit. Post ubi in tractatione hujus de Ordinatione Episcopali Quæstionis ad argumentum, quod diversos urget characteres, præter Michaelis Medina, Durandi & Paludani Sententias ibi citatas, quarum in specie primam improbat & re-*

Disp. 240. lit. similem in modum ita respondet: *Ego hæc in re ita censo philosophandum, sicut Disput. num. 54. tatione præcedente de Ordine Sacerdotali ad absolvendum à peccatis philosophatus sum, ut neque in tali ordinatione imprimatur caracter omninò distinctus à præcedente, nec extendatur præcedens, sed permanente eodem caractere conferatur aliqua potestas distincta à præcedente, ob eandem prorsus rationem. Adde etiam, licet verum esset, quod Medina docuit, videlicet per Episcopi ordinationem imprimi caracterem omninò diversum à caractere Sacerdotali, sicut Sacerdotalis distinctus est ab aliis; nihilominus non fore, ut non præmissa Sacerdotali Episcopalis imprimi possit, sicut imprimi potest Sacerdotalis, non impresso neque collato ordine Diaconatus, quia ita instituti sunt ordines hujusmodi, ut Sacerdotium collatum non præmissa ordine Diaconi verum sit & firmum, at potestas absolvendi à peccatis non præmissa potestate consecrandi, vel Episcopatus non præmissa Sacerdotio, si factus, non jure conferatur, neg. rata sit, neg. vera, id quod in communi Sententia adserendum est, si ve dicamus, esse unum & eundem caracterem Sacerdotis & Episcopi, si ve diversos. Quorsum hæc inservire possint, ad quartam indicabitur Quæstionem. Et si autem non immeritò dubitetur, an hæc Vasquezii philosophia omnibus iis ad gustum sit futura, quibus non omninò displicet Dominici à Soto & aliorum, ordinationem in specie Episcopalem denominatione Sacramentali in propriâ*

Tom. II. & verâ significatione privantium Opinio, utut *Ægidius de Coningk*, Lovaniensis antea de Sacra. hæc Theologus, facile eam defendi posse putet, Bellarmini quamvis Sententiam probabiliorem existimans; manifestum nihilominus sit exindè, quantis laborent difficultatibus, qui ordinationem in specie Episcopalem defendere volunt esse Sacramentum propriè & verè sic dictum; ac suorummet domesticorum antagonistarum objectionibus in contrarium satisfacere. Inde Bellarm. quasi ad desperationem & extrema quævis redactus scribit: *Si ordinationis Episcopalis non est Sacramentum, non possumus aperte ex Scripturis probare, ordinationem esse Sacramentum. Imò, amittemus etiam loca Patrum, & ita Augustini quoque, pro controversia principali, si Episcopalis ordinationis non est Sacramentum. Amen!* lia

Ita est omnino, Bellarmine, uti scribis. Neque enim ex Scripturâ apertè demonstrasti, ordinationem esse Sacramentum, videlicet, propriè & verè sic dictum, & Patrum imprimis Augustini testimonia pro hâc Controversiâ tibi erepta esse, jam est ostensum, adhucque magis ostenditur, dum non pauci ex tuis domesticis, ordinationem in specie Episcopalem apertè satis negarunt, esse Sacramentum verè & propriè sic dictum; unde temetipso præeunte confirmatur, Patrum & ita Augustini etiam loca, quæ pro Ordinis Sacramento commendâti, amitti, tanquam ad rem hanc probandam inidonea. Neque sufficiunt vulnere à tuismet, ut dixi, domesticis inflicto emplastra, quæ in recognitionibus, majori forte Experientiâ, ut videbaris, instructus, suppeditare voluisti, *Cajetani* Sententiam Antagonistis propitiorem ad tuas cogens partes, & quæ imprudèntius de diversis Sacerdotum speciebus scripsisti, ad diversos gradus referens. Nam sicut Antagonistæ tui non concedent, se negando Episcopatum esse Sacramentum propriè dictum, negasse etiam, *Episcopatum esse Ordinem*, ita dum adfirmas, *septem ordines unum esse Sacramentum*, his autem ordinibus septem Episcopatus expresse non includitur, ab unitate hâc Sacramentali non obscure eum excludis, quasi impertinentem ad eam. Et quamvis præcipuum in eo quæras subsidium, quod & Scripturæ & Patrum interque ea etiam Augustini testimonia, quibus probare laborasti, ipsam in genere ordinationem esse Sacramentum, videlicet propriè sic dictum, de ordinatione solum Episcopali intelligantur, quia, ut adis, *Veteres nomine Sacerdotis absolute Episcopum intelligebant*; præter tamen & post ipsam locorum inspectionem, quantum hac iterata principii petitione fallas & fallaris, supra in tractatione Quæstionis de *Presbyterorum & Episcoporum differentiâ*, vel potius convenientia apud antiquos videri potest, quorsum Lector studiosus remittitur.

In *tertiâ* Quæstione parum vel nihil omnino est difficultatis. Neque enim negant Evangelici, quod ex Augustino demonstrare laborat Bellarminus, ad consecrationem vel ordinationem Sacerdotis & Ecclesiæ ministri *verba* requiri, id exprimentia, quod ad ipsum pertinet negotium & actum, qui in publico & coram Ecclesia exhibetur; sed id quæritur, inque controversiam venit, an verba propriè dici debeant causa formalis hujus actionis, & num ob hanc prætenfam formalitatem Ordinatio Sacerdotalis Sacramentum verè & propriè sic dictum haberi debeat. Hoc negant Evangelici, neque probari potest ex laudato Augustini testimonio, de quo proxime ad quartam, quæ super ad huc est, Quæstionem agitur. Certe, si verba sufficerent ad formam Sacramenti propriè dicti constituendam, multò plura, quàm septem Papæ haberent Sacramenta, quæ ipsimet inter eos, qui accuratiores & significationis verborum propriæ observantiores videri volunt, non Sacramenta tamen dicunt, sed tantum *Sacramentalia*, quod alibi quoque observatum. Nunc ad *quartam*, ut dixi, Quæstionem de Characterè per ordinationem impresso, atque hinc indelebili & irreiterabili, quasi ordinario effectu hujus Sacramenti, quo spiritualis, & ea quidem perpetua potestas conferatur, ut tribus tantum verbis aliquid addatur iis, quæ supra in genere de *Sacramentali characterè* ex Augustino sunt dicta, & paulò ante ex *Vasquezio* de Characterè Episcopali in specie sunt adducta, id observari par est, ipsam Characteris in ordinatione ad Ministerium Ecclesiæ impressionem, ejusque specificam irreiterabilitatem, & hinc ejus indelebilitatem sano Sensu intellectam, non negari ab Evangelicis; sed illud saltem venire in Quæstionem, an hujus characteris indelebilis & hinc etiam irreiterabilis impressio ordinationem Sacerdotis & Ecclesiæ Ministri faciat propriè Sacramentalem, ac Sacramentum verè & propriè sic dictum constituat, quod Evangelici negant, Augustinus autem locis à Bellarmino citatis non adfirmat, solius irreiterabilitatis faciens mentionem, quæ utrobique, ut dixi, est indubia. Videant verò, quorum est inter, an *Medinæ* Sententiam de diversitate characteris Episcopalis à characterè Sacerdotali vel Presbyterali, (ob quam ordinatio Episcopalis numero Sacramentorum à non paucis excluditur, ne videlicet characteris iteratio concedi debeat,) evertat vel Bellarmini effugium de ejus intensione & extensione, vel *Vasquezii* subtilitas de peculiari relatione destinationis Divinæ ad hoc vel illud Ministerium, quam *Coninckius* facile defendi posse existimavit, ut omnis præcaveatur iteratio characteris, nobis nunc ad sequentem Controversiam pergantibus.

